מסכת אבות דרבי תנן:

TRACTATUS DE PATRIBUS:

Rabbi *NATHANE AUTORE.*

In linguam Latinam Tranſlatus,

Unâ cum notis marginalibus.

Operâ FRANCISCI TAILERI verbi Divini in ædc Chriſti apud *Cantuarienſes* Concionatoris.

LONDINI,

Typis *E. Cotes*, impenſis *G.* & *H. Everſden*: & vœneunt ſub ſigno Canis leporarii in Cœmeterio Paulino, MDCLIV.

TRACTATUS
DE
PATRIBUS:
Rabbi NATHANE AUTORE.

In linguam Latinam Translatus,

Unâ cum notis marginalibus.

Operâ FRANCISCI TALLERI vebi Divini in æde Christi apud *Cantuariensis* Concionatoris.

LONDINI,

Typis E. *Cotes*, impensis G. & H. *Eversden*: & vœneunt sub signo Canis leporatii in Cœmeterio Paulino, MDCLIV.

Clarissimo viro Domino Joanni Buxtorfio Buxtorfii magni filio, Patre non minori sacræ Theologiæ Doctori, nec non Professori, ut & linguæ Hebraicæ ordinario in inclyta Academia Basileensi Franciscus Tailerus S. P. D.

Quantum ego, quantum omnes, qui linguas Orientales diligant (eruditissime Buxtorfi) patri tuo piæ memoriæ debeamus, non est, ut exspectes me id literis exprimere, quod non possim cogitatione satis assequi. Tibi etiam debetur plurimum, qui lucubrationes pereruditas tam paternas, quàm proprias in lucem dederis. Hæc mihi ansam dedere te sub prelo salvandi, & libellum hunc, licet tanto patrono indignum, ejus patrocinio committere, qui & errores corrigere, & labores meos animo benevolo recipere, & protegere valeas. Accedit necessitudo illa non meo merito, sed tua benevolentia procurante literis mutuis sæ-

pius declarata. Aschamius & Sturmius, qui nisi per literas se invicem nunquam in terris noverunt, nunc autem in cœlo simul degunt, nobis amicitiæ per literas contractæ, & continuatæ paradigma non incelebre proponi poterunt. Familiaritatem tuam, quam petere me urgebat linguarum Orientalium in te peritia eximia, in me dilectio, mihi communicare dignatus es. Difficilia plurima in literis Hebraicis me postulante literis amore & labore pleni facilia reddidisti. Cogitanti mihi, quo pignore possim eruditionem tuam, & dilectionem nostram coram mundo universo publice testari, occurrit præsens libellus, id operis ut sibi perficiendum darem, postulat. Anno præterito [illegible] in Hebraice, & Latine edidi, & Rabbi Nathanem Babylonium libri autorem inscripsi. Reverendissimus, & doctissimus præsul Armachanus Jacobus Usserius libri patronus mihi per literas primus significavit R. Nathanem voluminis hujus autorem non fuisse, idq; rogatu meo exemplis e vero R. Nathanis opere citatis, hic vero non repertis demonstravit. Clarissimum Dominum Seldenum amicum summum consului. Ille licet meum tum temporis sentiens magno tamen studio & labore non exiguo errorem percepit, & medelam medicus eximius dedit. Bibliothecam suam, quæ hujus generis libris est refertissima, nec non Westmonasterienſem publicam, & Sioniticam Londini examinavit. Alios nobiscum errantes vidit. Inprimis patrem tuum reverendum in Bibliotheca Rabbinica, Scickardum in Eclogis sacris,

Al-

Alstedium in Chronologia Doctorum apud Judæos Anno 130. Plantavitium in Bibliotheca Rabbinica pag. 620. Qui omnes & singuli librum hunc R. Nathani Babylonio attribuunt. Reperit præterea vir clarissimus in alio codice in fine editionis Talmudicæ Basileæ Anno 1540. impressæ exemplar extravagantium quorundam, & inter illa exemplar verum operis R. Nathan's sub hoc titulo מסכת אבות דרבי נתן Ubi & insuper reperitur liber אבות quem transtuli, in quem liber Nathanis purus putus est commentarius. Aliud quoq; exemplar Amstelrodami nuper a Manasse Ben Israel impressum suo sumptu clarissimus Seldenus procuravit, quod & mihi communicavit, quóq; in hac translatione usus sum. Nec non codicis Basileensis e Bibliotheca Sionensi mutuati mihi copiam fecit, cujus beneficio capitula distinxi, quæ in exemplari Manassis nimis confusa fuere, & errata varia correxi: unde mihi suspicari licet codicem illum Basileensem Manassi communicatum non fuisse. Neq; hic cessavit Clarissimi viri indagatio industriosa, donec verum autorem ספר אבות reperisset. Idq; in Gallirazia, occultorum detectione Stetini typis Joannis Duberi, Anno 1613. impressa. Illic R. Naphthali Margolioth Judæus, qui religionem Christianam amplexus Julius Conradus Otto appellatur, hujus libri autor celebratur. Scripsit, inquit, רבי שמעון בן גמליאל אבות Unde patet R. Simeonem filium Gamalielis libri אבות quem ego cum viris Doctis plurimis R. Nathani tribui, genuinum autorem extitisse

titisse. Instant igitur rigefondissimus præsul Armachanus, qui errorem detexit, & clarissimus Dominus Seldenus, cui tantum laboris error meus pepererat, ut hunc R. Nubiensis fœtum genuinum in linguam Latiam transferrem, errorem meum aliorumq; confiterer, corrigerem. Nolui tantorum virorum votis resistere, licet imbecillitatis meæ mihi satis conscius: Sic corruptio libelli unius alterius fit generatio. Post labores multos, sudores varios in hoc opere exantlatos, dubitatio animum invasit meum, utrum hæc publicarem, an potius sepelirem, ut qui in multis mihi (quanto minus aliis?) non satisfecerim. Vicit tandem publicationis hoc nomine sententia. Multa sunt, quæ imperiti discant, multa quæ docti corrigant: utroq; res publica literaria obtinet. Si quis mihi ignorantiam in plurimis objiciat, habebit confitentem reum, modo ipse correxerit. Secus, sileat, ne mihi errores suos, si quid in hoc genere tentaverit, aut inutilitatem, si hactenus tacuerit, publicandi ansam dederit. Muhusculum hoc lepidense benevole ut recipias, meq; amare pergas, cupio. Quod restat (Clarissime vir) te, tuos, & studia tua eximia, & utilissima divinæ benedictioni committo, vitam tibi in terris diuturnam, in cœlis sempiternam exoptans.

Sic scripsi Claritatis tuæ observantissimus

Franciscus Taiterus.

Tractatus de PATRIBVS Rabbi *Nathane Autore.*

Cap. I.

MOſes in nube ſanctificatus fuit, & legem e Sinai accepit: ſicut dictum eſt, *a Et manſit gloria Jehovæ ſuper montem Sinai, ſc.* ſuper Moſen ad purificandum eum. Hoc fuit poſt mandata *accepta.* Rabbi Joſe Galilæus, & Rabbi Aqiba dicit, *b Et texit eum nubes ſex dies,* Moſen *ſc.* ſicut dicitur, *c Et inclamavit Moſen die ſeptimo e medio nubis, ſc.* ut Moſi gloriam impertiret. Dixit Rabbi Nathan, Quare moratus eſt Moſes ſex dies, *d* priuſquam illum alloqui incepit *Deus?* Eo fine, ut abſtergeretur ab omni cibo, & potu, qui fuit in viſceribus ejus uſq; ad horam illam, in qua ſanctificatus fuit; & eſſet ſicut Angeli miniſterii: Reſpondit illis Rabbi Mathia filius Cereſtri, Doctores noſtri *hoc* non dixerunt, ſed ad terrendum eum *hoc factum fuit,* ut in ſe reciperet verba legis in tremore, & timore, in conſternatione, & commotione, ſicut dicitur, *e Servite Jehovæ in timore, & exultate cum tremore.* Res quæ fuerat inter Rabbi Joſhiah, & Rabbi Mathia filium Cereſtri; Quando uterq; manebat & operabatur in verbis legis, interpretatio Rabbi Joſhiah fuit juxta

a Exod. 24. 16.

b Exod. 24. 16.

c Ibid.

d Heb. *Et non incepit oratio ad eum.*

e Pſal. 2. 13.

a viam terræ. Dixit & Rabbi Mathia, filius Cereſtri, Rabbi quid tibi evenit, quod verba Dei viventis relinqueris, & via terræ obrutus ſis? Et quamvis tu doctor es, ego diſcipulus, bonum non eſt verba Dei viventis relinquere, & via terræ obrui. Dicunt autem, quod quamdiu in lege manſerint, & operati fuerint, æmulationem eos in ſe invicem exercuiſſe, at cum *ab eo ſtudio* dimiſſi fuerint, ac ſi a putritia ſe invicem amaſſent, aliis viſos fuiſſe. In manus Moſis data fuit lex in Sinai, ſicut dicitur, b *Et dedit eas Jehovah mihi*; *videlicet*, duas fœderis tabulas. Dicit & ulterius, c *Hæc ſunt ſtatuta, & judicia, & leges, quæ dedit Jehovah inter ſe, & filios Iſraelis in monte Sinai per manum Moſis.* Lex quam dedit ſanctus benedictus Deus Iſraeli, non niſi per manus Moſis tradita fuit, ſicut dicitur, d *Inter me, & inter filios Iſraelis. i.* Dignus habetur Moſes, ut inter me, & filios Iſraelis collocaretur. e Idcirco obtulit Moſes arietem conſecrationum, f & olcum unctionis ſecit. Et unxit eo Aharonem, & filios ejus g omnibus ſeptem diebus conſecrationum. Eo uncti ſunt ſacerdotes maximi, & reges, & Eleazer. h Ille juvencam pollutionis combuſſit, qua polluti in generationes purificati ſunt. Dixit Rabbi Eliezer, Magnum privilegium fuit hoc, quod uſitatum fuit in generationes, quod Aaron & filii ejus ſanctificati fuerint oleo unctionis, ſicut ſcriptum eſt, i *Aaronem autem, & filios ejus unges, & ſanctificabis eos, ut in ſacerdotio mihi miniſtrent.*

k Joſhuah accepit *legem* a Moſe, ſicut dicitur, l *Et imperties ei de gloria tua, ut audiat tota congregatio filiorum Iſraelis.*

Seniores *eam* acceperunt a Joſhua, ſicut ſcriptum eſt, m *Serviebat populus Jehovæ omnibus diebus Joſhuæ, & omnibus diebus ſeniorum, qui dies poſt Joſhuam prolongarunt, qui viderant magnum opus Domini, quod pro Iſraele fecerat.*

Judices *illam* a Joſhua recepere, ſicut dictum eſt, n *Fuit autem in diebus, in quibus Judices judicabant.*

Prophetæ

a *i. omnia ad mores gentium, & mercimonia accommodavit.*
b Deut. 10. 4.
c Lev. 26. 46.
d *Ibidem.*
e Lev. 8. 15.
f Exod. 30. 25.
g *Veriſimile eſt hunc autorem locum illum* Lev. 8. 33, 34. *ita intellexiſſe, ac ſi ſepties uncti eſſent Aaron & filii ejus.*
h *Credidit hic autor Moſen, quem hic commendat, juvencam illam combuſſiſſe, quia dicitur factum fuiſſe in conſpectu Eliezeris,* Num. 19. 3, 5.
i Exod. 30. 30.
k *Hinc patet libellum hunc commentarium eſſe in Pirke Aboth, quia eadem methodo procedit, & eadem fuſius tractat.*
l Judic. 2. 7.
m Ruth 1. 1.
Hic Judices inſeruntur qui in Pirke Aboth non memorantur.

Prophetæ *eam* a Judicibus accepere sicut, doctum est, *a Et misi ad vos omnes servos meos, Prophetas quotidie mane surgendo, & mittendo.*

b Haggæus, Zachariah & Malachi *eam* a Prophetis accepere.

Viri congregationis magnæ *eam* ab Haggæo, Zacharia, & Malachi accepere. Tria autem locuti sunt illi, Tardi sitis in judicio. Et Discipulos plurimos constituite. Legiq; sepem facite.

Tardi sitis in Judicio: Nempe instructus est homo, ut moram trahat in judicio, quia quicunq; moram trahit in judicio, manet in judicio: sicut dictum est, *c Etiam hæc proverbia Solomonis sunt quæ ad* d *vetustatem usq; conservarunt homines Hezekiæ regis Jehudæ.* Non quod ea transtulerint, sed quod *e* ea diu conservaverint. Abba Saulus dixit, non quod ea diu conservaverint, sed quod separata servaverint. In initio enim, inquit, Proverbia, & Cantica canticorum, & Ecclesiastes abscondita latuere, quibus Proverbialiter, inquit, usi sunt homines, at inter Hagiographa non fuere numerata. Et cum diu perstitissent, reposuerunt ea *servi Hezekiæ*, donec venerint viri congregationis magnæ, *f* qui ea interpretati sunt. Sicut dicitur, *g Et vidi inter fatuos, animadverti inter filios juvenem mente carentem. h Ecce mulier processit obviam illi ornatu meretricio, & corde subtili. Strepera est, & contumax: in domo ejus non manent pedes ejus. Modo foris, modo in plateis est: & prope quemq; angulum insidiatur. Et prehendens eum osculata est illum; obfirmansq; vultum suum dixit ei, Sacrificia eucharistica apud me sunt; hodie vota mea reddidi. Idcirco prodii obviam tibi, ut diligenter faciem tuam inquirerem, & te inveni. Tapetibus lectum meum ornavi; stragulis cœlatis, linteis speciosis Ægypti. Suffivi cubile meum myrrha, aloe, &*

a Jer. 7. 25.

b Authoritatem minorem his, quam prioribus prophetis sub priore templo hic autor tribuit. Non ita Pirke Aboth, ubi hæc clausula non est reperta. Fortassis cogitavit hos non per prophetiã, sed per spiritum sanctum tamen locutos esse. Hæc enim distinguunt Judæi. Aiunt enim Prophetas vel in somniis, vel sensibus privatos vidisse, aut audivisse aliquem eos alloquentem, alios excitatos a spiritu excelso vigiles more aliorum hominum allocutum fuisse Deum.

c Prov. 25. 1.

d Significat עתק *inveterascere, & transferre. Significatio posterior ad autoris scopum non spectat. e Vel in iis diu se exercuerint. f Ideoq; inter Hagiographa locum obtinuere: vel,* qui ea separaverint. *sc. a communi usu, ut bibliis insererentur.* *g* Prov. 7. 7. *h* Vers. 10.

cinnamomo. *Veni, amoribus ad matutinum usq; saturati simus, amoribus noſt ipſos ſolemur. Nam non eſt vir domi ſuæ: abiit via longinqua. Loculum pecuniæ in manum ſuam accepit: die ſtato domum ſuam redibit.* Scribitur etiam in Cantico Canticorum, *a Veni dilecte mi, in agros exeamus, in villis pernoctemus. Surgentes matutino vineas adeamus, an vitis floreat videamus, an germinent mali punicæ: illic amores meos tibi dabo.* Scripſit & in Eccleſiaſte, *b Lætare juvenis in juventa tua, & exhilaret te cor tuum diebus juventutis tuæ, & perge in viis cordis tui, & aſpectu oculorum tuorum: ſcito tamen, quod propter hæc omnia Deus te in judicium adducet.* Iterumq; in Cantico Canticorum ſcribitur, *c Ego dilecti mei ſum, & erga me eſt appetitus ejus.* *Hæc omnia probant ſenſum fuiſſe*, non quod diu ſe exercuerint in his *ſervi Hezekiæ*, ſed *d* ſeparata reſervarint. Expoſitio alia. Tardi ſitis in judicio. Nempe inſtructus eſt homo, ut in verbis ſuis *proferendis* tardus ſit, ne ſe *e* iracundum in verbis ſuis prodat, quia quicunq; in verbis ſuis iracundiam exprimit, *f* verborum ſuorum obliviſcitur. Quod & in Moſe Doctore noſtro invenimus, quod verborum ſuorum oblitus fuerit, ſicut dictum eſt, *g Et dixit Eleazar ſacerdos viris bellicis, qui in prælium proceſſerant, hoc eſt ſtatutum legis quod Moſi præcepit Deus.* Moſi præcepit, non mihi, *inquit Eleazar*, præcepit. Moſi patris mei fratri præcepit, mihi non præcepit. Quomodo autem invenimus, quod Moſes ex iracundia locutus fuerit? Ecce duces exercitus ille *prius ſic* allocutus eſt, *cum iratus fuit Moſes ducibus exercitus*, dixit iis Moſes, *Num omnes fœminas vivas conſervaſtis?* Quid autem ex his verbis, omnes fœminas, diſcendum eſt? Hoc fuiſſe conſilium, quod Balaam improbus contra Iſraelem dedit, ſicut ſcriptum eſt, *h Ecce autem ego ad populum meum redeo, veni, informationem dabo, quod facturus ſit populus hic populo tuo diebus ultimis.* *i* Dixit ei, populus hic, quem tu odiſti, fame afflictus cibum appetit, & ſiti afflictus potum deſiderat. At nihil eſt iis, quod edant, aut bibant niſi ex iis,

a Cant. 7. 11, 12.

b Eccl. 11. 2.

c Cant. 7. 10.

d i. *Pro verbo Dei non agnoverint, donec a viris Synagogæ magnæ confirmarentur.*

e *Solent enim iracundi verba ſua ſine conſideratione proferre.*

f *Non loquitur, quæ loqui debuit.*

g Num. 31. 21.

h Num. 24. 14.

i *Balaam ſc. Balako.*

quæ

quæ ad te proprie pertinent. Da igitur illis cibum, & potum, & inter illos fœminas pulchras regum filias collocato, ut populus cum Baale Peore fœdus ineant, & manu *a* Dei cadant. *b* Statim abiit Balakus, & fecit quicquid Balaam improbus illi dixerat. Vide quantam occasionem dedit illi Balaam improbus Israelitis *malefaciendi*, ita ut ex iis ceciderint viginti quatuor millia, sicut dicitur, *c* Et fuerunt mortui e plaga illa viginti quatuor millia. Annon hæc sunt verba *Scripturæ?* Quanto magis, si Moses Doctor noster sapiens inter magnos maximus, Prophetarum pater, quo tempore iracundiam in verbis suis expressserit, verba sua *d* mutavit, Quanto magis, inquam, nos revera inde docemur, ut tardus sit homo in verbis suis, & in illis iracundiam nullam exprimat? Filius Azæi dixit, Cautus esto in verbis tuis *e* perpetuo. *f* Et legi sepem facite. Et verbis tuis sepem facito, quemadmodum verbis suis sepem fecit Sanctus Benedictus Deus, & homo primus verbis suis sepem fecit. Lex quoq; verbis suis sepem fecit. Et Moses verbis suis sepem fecit. Job quoq; & prophetæ, & sapientes omnes verbis suis sepem fecere. Quæ est illa sepes, quam verbis suis fecit Sanctus Benedictus Deus? Ecce ille dicit, *g* Et *dicturæ sunt omnes gentes, Quamobrem affecit Jehova sic terram istam?* Docens nos manifestum esse, de quibus locutus est. De seculo futuro sc. in generationibus suis dicente, Quare sic affecit Jehovah terram istam? Idcirco dicit Mosi Sanctus Benedictus Deus, Moses autem scripsit, & ecce generationes futuræ sic respondebunt, *h Quia deseruerunt fœdus Jehovæ, & abeuntes Deos alienos coluerunt, & se illis incurvaverunt. Diis sc. quos non noverant, neq; impertitus iis fuerat Deus.* Ecce mensuram, quam fecit Deus sanctus Benedictus sepem verbis suis. Et scripsit postea, quid dicturi sunt tunc, cum produxerit Sanctus Benedictus Deus mercedem *i* creaturarum suarum in Pace. Quæ est illa sepes, quam homo primus verbis suis constituit? Ecce, dixe-

a Heb. loci. sic appellatur Deus, quia solus est in omni loco.

b Heb. E manu. sic nos Anglice dicimus: out of hand.

c Num. 25. 9.

d i. ea locutus est quæ non debuit.

e Heb. absq; cessatione.

f Dictum secundum virorum magnæ congregationis, ut inde satis perspicuum non interpretatur, sed ad tertium transit.

g Deut. 29. 24.

h Deut 29. 25. 26.

i Homini sc. creaturarum primariarum, vel potius populi sui, quem præ aliis diligit.

rat *a* ille, *b Interdixitq; Jehovah Deus homini dicendo, De fructu quidem omnis arboris hujus horti libere comedes. De fructu vero arboris scientiæ boni & mali, de isto ne comedas: nam quo die comederis de eo, utiq; moriturus es.* Noluit homo primus Evam alloqui quomodo Sanctus Benedictus Deus cum allocutus est. Sed sic dixit ei, & sepem fecit verbis suis ultra quod dixerat illi Sanctus Benedictus Deus, *c At de fructu arboris istius, quæ est in medio horti, ne comedatis ex isto, neq; attingatis eum, ne moriamini.* Quia seipsum & Evam custodire voluit, ne arborem illam vel tangerent. Eo tempore consilium cepit serpens improbus in corde suo, & dixit, cum ita se res habeat, ut non possim hominem hunc in ruinam trahere, Evam cadere faciam. Abiit, & juxta illam consedit, & sermone multo eam allocutus est. Dixit ei, si de contactu *arboris* tu locuta fis, quod Deus Sanctus Benedictus præceperit nobis, ecce ego tangam illam, nec moriar tamen. Nec tu si tangas illam moriere. Quid fecit serpens improbus? Ea hora astitit, & arborem manibus, pedibusq; suis apprehendit, eamq; *d* agitavit, dum fructus ejus in terram ceciderint. Sunt autem, qui dicant eum arborem non omnino tetigisse, sed arborem, cum illum viderit, exclamasse & dixisse illi, Improbe, improbe, noli me tangere, sicut dicitur, *e Ne aggrediatur me pes superbiæ, neq; manus improborum me loco moveat.* Interpretatio alia. *Ne aggrediatur me pes superbiæ, neq; manus improborum me loco moveat.* Pes superbiæ fuit Titus improbus, cujus ossa comminuta sunt, quia in excelsa altaris manu sua jaculatus ea percussit, & dixit, Lupe, Lupe, Tu rex es, & ego rex sum, veni, & mecum pugnato. Quot boves propter te mactati sunt? Quot volucres propter te capitibus privati sunt? Tu es, qui totum orbem vastas, sicut dicitur, *f Væ Arieli, Arieli, urbi, in qua castra metatus est David: anno annum addite, sacrificia mactent.* Deinde dixit ei, si de esu tu loquare quod Sanctus Benedictus Deus nobis præcepit, ecce dico ego

a Deus sc. Adamo.

b Gen. 2. 16.

c Gen. 3. 3.

d Heb. recedere fecit.

e Psal. 36. 12.

f Isa. 29. 1.

me

me ex eo comeſturum, nec tamen moriturum. Tu quoq; comedere potes, nec ideo morieris. Quid dixit Evah? Juxta opinionem ſuam *ſic* locuta eſt Evah. Mea *quidem* opinione omnia verba, quæ ab initio præcepit mihi Dominus meus, falſa ſunt: Nec enim alio nomine ab initio primum hominem appellavit, quam Domini. Statim levavit ſe, & edit, & Adamo dedit, qui etiam comedit, ſicut dictum eſt, *a Et vidit mulier arborem in cibum idoneam eſſe, & coram oculis ſuis pulchram.* Ea hora decem maledictionibus maledicta fuit Evah, ſicut dictum eſt. *b Et mulieri dixit, Multiplicando multiplicabo dolores tuos, & conceptionem tuam, in dolore paries liberos, & erga virum tuum erit deſiderium tuum; & ille in te dominium exercebit.* c Hæ ſunt *maledictiones illæ.* Duo decubitus ob ſanguinem. Primus ob ſanguinem doloris menſtruorum. Alter ob ſanguinem doloris viginitatis *amiſſæ.* Dolores tui, & conceptio tua. i. dolor impregnationis. In dolore paries liberos, hoc juxta ſenſum literatim exponendum eſt. Et erga virum tuum erit deſiderium tuum. Docens mulierem mariti præſentiam cupere quando iter ſuſceperit. Et ille in te dominium exercebit. Qua hora maritus aliquid ore requirit, mulier illud corde requirere debet. Inundatio ſimul & luctus, & ligatio in domo vinctorum, & expulſio ab omni ſocietate humana. Quis ei *d* contactus occaſionem dedit? Hæc ſepes eſt quam verbis ſuis homo primus fecit. Idcirco dicunt, ſepem verbis ſuis fecit homo primus, ſed intra eam conſiſtere non potuit. Idcirco dicunt, ne addat homo verbis, quæ audit. Dixit Rabbi Joſe,

a Gen. 3. 6.

b Gen. 3. 16.

c Maledictio 1a eſt, ſanguis menſtruus. 2a Secunda ſanguis amiſſæ virginitatis. Deut. 22. 15. 3a Dolores ante partum. 4a In partu. 5a Deſiderium mariti abſentis. 6a Subjectio mariti debita. 7a Inundatio aquæ in partu. 8a Luctus eo tempore. 9a Incarceratio ad menſem domi. 10a Detentio a ſocietate publica eo tempore. His reſpondent decem Evæ peccata a Pereriode peccato Evæ quæſt. 1. & 2. recitata. 1. Elatio, indigne ferentis aſtrictam ſe teneri ea lege, cupientiſq; arbitratu ſuo uivere, &c. 2. accidia, quod auditis ſerpentis verbis domini præceptum cæpit ei diſplicere, & tædio eſſe. 3. Mendacium, factum arboris interdictum eſſe. 4. Infidelitas, qua dubia fuit in fide. Ne forte, &c. 5. Cupiditas excellendi. 6. Gula. 7. Inobedientia. 8. Scandalum exempli. 9. Provocatio viri. 10. Emanſatio peccati.

d Sc. tangendi fructum arboris prohibitæ.

Præſtat

Præſtat decem palmos habere, ubi quis *a* conſtans eſt, quam centum cubitos, ubi quis *b* inconſtans eſt. Quid cogitavit ſerpens primus eo tempore? Ibo, & hominem interficiam, & uxorem ejus accipiam, & in univerſum orbem rex ero. Statura erecta ibo, & omnes delicias mundi comedam. Dixit illi Sanctus Benedictus Deus, Tu dixiſti, Hominem interficiam, et Evam accipiam, idcirco inimicitias ponam. Tu dixiſti, Rex ero in univerſum orbem, idcirco maledictus eris præ omni beſtia. Tu dixiſti, Ibo ſtatura elata, idcirco ſuper ventrem tuum ibis. Tu dixiſti, Omnes delicias mundi comedam, idcirco omnibus diebus vitæ tuæ pulverem comedes. Rabbi Simeon filius Manaſſis dixit: Eſt juxta ſolem *c* circulus magnus, qui perdidit quoſdam e mundo, qui niſi ſerpens maledictus fuiſſet, in ſingulos Iſraelitas poteſtatem habuiſſet: ſerpentes duos *d* in domo ejus habuit, unius influentia verſus occidentem eſt, alterius verſus orientem, & illis afferunt gemmas pulchras, lapides pretioſos, & margaritas, & omnia vaſa pulchra deſiderabilia, quæ ſunt in mundo, quæ nulla creatura *e* afferre potuit, quæ qui tangit, moritur, niſi ea ſub camelo, aut aſino, aut mulo congregent, & in hortos & pomaria ſtercora educant. Rabbi Jehudah filius Bethiræ dixit, Homo primus in horto Edenis huc illuc ambulavit, & angeli miniſterii ſtabant in occurſum ejus in horto Edenis, & carnem ei aſſabant, et vinum ei frigefaciebant: venit ſerpens & hæc videns in gloria ſua ſplenduit, & zelotypia in eum affectus fuit. Quando creatus fuit homo primus, *g* hora prima pulvis ejus congregatus fuit. Secunda creata fuit effigies ejus. Tertia factum fuit corpus informe. Quarta colligata fuerunt membra ejus. Quinta aperta fuere *h* foramina ejus. Sexta ſpiritus ei inditus fuit. Septima ſtetit ſuper pedes ſuos. Octava nupta fuit ei Evah. Nona in hortum Edenis ingreſſi ſunt. Decima *i* mandatum dedit ei Deus. Undecima peccavit. Duodecima expulſus fuit, & abiit, ut confirmaretur, quod dictum eſt,

a Heb. *ſtat:*

b Heb. *cadit.*

c Heb *funis. hunc circulum R. Levi in* Job 10. 13. *circulum lacteum vocat, & ſimilitudinem ſerpentis eſſe ſphæram planetarum circundantem. Eſſe & ſerpentem in illo tenui deſignatum.*

d *In conſtellatione ſua.*

e *Talm. Baſil. apprehendere quat, neq; extant amplius, niſi, &c.*

f Heb. *non eſt ulterius.*

g *Iſta paulo ſecus habentur in Gemara Sanhedrin, c. 4. ſ. 10.*

h *Locus oculorum, aurium, oris, &c.*

i *Sc. de non edendo fructum arboris prohibitæ.*

est, *a Homo in honore non pernoctavit.* Die primo quid dixit ille? *b Jehovæ est terra & plenitudo ejus, orbis, & habitantes in eo:* ille enim mundum possidet, & possidebit, & judicabit. Die secundo quid dixit? *c Magnus est Jehovah, & magnopere laudandus, & metuendus.* Ille distribuit omnia opera sua, & animas omnium, qui in mundo ejus sunt. Tertio quid dixit? *d Deus sedit in congregatione Dei, in medio Deorum judicat.* Mare et aridam creavit, et *e* inæqualis facta est terra, et locus *f* congregationi ejus factus est. Quarto quid dixit? *g Deus ultionum Jehovah, Deus ultionum illuxit.* Solem & lunam, et stellas, et planetas, quæ lucem mundo ministrant, creavit. Quinto quid dixit? *h Alta voce canite Deo robori nostro, sonitum hilarem Jacobi Deo efficite.* Et fecit volucres, et pisces, et cetos, qui exultant in mundo. Sexto quid dixit? *i Jehovah regnat majestate amictus, robore vestitus Jehovah se cinxit: orbis etiam stabilitus est, non movebitur.* Perfecit omnia opera sua, et excelsus est, et in mundi excelsis habitat. Septimo quid dixit? *k Psalmus cantici in diem Sabbati.* Dies qui totus est sabbaticus, in quo nec editur, nec bibitur, neq; acceptum et datum, sed justi habitant cum coronis suis super capita sua, et pasti *l* cibo divinæ præsentiæ, sicut dictum est, *m Et viderunt Deum, & comederunt, & biberunt.* Sicut Angeli ministerii. Et homo cadaver; Quare? sc. ut intraret subito in prandium sabbati. Rabbi Simeon filius Eleazaris dixit parabolice, Ostendam, cui rei similis fuit homo primus. Similis fuit homini, qui ducta adultera, in perpetuo timore ejus causa fuit. Dixit ei, Filia mea, ne comedas buccellam, qua hora pollutæ sint manus tuæ, neq; comedas fructus, e quibus decimæ persolutæ non sint, ne sabbata prophanes, neq; vota tua infringas, neq; cum viro alio abeas. Ecce si in horum uno transgressa fueris, en morieris. Quid fecit vir ille? Stetit, et in præsentia ejus buccellam manibus pollutis comedit, et fructus decimis non persolutis edit, et sabbata prophanavit; et vota sua fran-

a Psal. 49 12.
b Psal. 24. 1.
c 1 Chr. 16. 25.
d Psal. 82. 1.
e *E montibus & vallibus consistens.*
f *i. Ecclesiæ Dei.*
g Psal. 94. 1.
h Psal. 81. 1.
i Psal. 93. 1.
k Psal. 92. 1.
l מזון *videtur esse* מזין *pro* מזין *ut e sequentibus patet.*
m Exod. 24. 11.

gens ab illa exiit. Quid dixit illa adultera corde ſuo? omnia verba, quæ mihi præcepit maritus meus, ab initio falſa ſunt. Statim ſtetit, et ea omnia tranſgreſſa eſt. Rabbi Simeon filius Juchæ dixit, Parabolam tibi proponam. Cui rei ſimilis fuit homo primus? Similis fuit alicui, cui uxor fuit in domo ſua. Quid fecit vir ille? Abiit, et craticulam intulit, et ficus numeratas, nuceſq; numeratas in ea poſuit, et ſcorpionem cepit, et in *a* ore craticulæ poſuit, eamq; operculo funiculi contorti cinxit, et in angulo promptuarii poſuit. Dixit ei, Filia mea, quicquid meum eſt in hac domo, in manum tuam traditum eſt, hac craticula excepta, quam nolim te prorſus tangere. Quid fecit uxor illa? Quando in plateam exiit maritus ejus, aſtitit, & craticulam aperuit, & manum ſuam in medium illius immiſit, & pupugit illam ſcorpio. Abiit illa, & in lectum ſe conjecit. Quando maritus ejus e platea venit, dixit ei, Quid hoc rei eſt? Dixit illa ei, Manum meam in ſartaginem immiſi, & pupugit me ſcorpio, & ecce moritura ſum. Dixit ei, Nonne ſic tibi dixi ab initio, quicquid meum eſt in domo iſta in manum tuam traditum eſt, hac craticula excepta, quam te tangere prorſus nolui. Statim et iratus eam ejecit. Huic ſimilis fuit homo primus ea hora, qua dixit illi Sanctus Benedictus Deus, *b Ex omni arbore horti comedendo comedes: at ex arbore ſcientiæ boni & mali non comedes, quo enim die ex illa comedas, moriendo moriere.* Quando ex ea comederat expulſus fuit, ut confirmaretur, quod dictum eſt, *c Homo in honore non pernoctavit: factus eſt ſimilis brutis, quæ pereunt.* Quo die formatus fuit, quo die creatus fuit, quo die facta fuit effigies ejus, quo die factus fuit corpus informe, quo die colligata fuere membra ejus, & foramina aperta, quo die ſpiritus ei inditus fuit, quo die ſuper pedes ſuos ſtetit, quo die nupta fuit Evah, quo die *brutis* nomina impoſuit, quo die in hortum Edenis intrarunt, quo die mandatum dedit ei *Deus*, quo die peccavit, eodem die expulſus

a Videtur craticulas Judæorum profundas fuiſſe, quod & Pagninus in Theſauro linguæ ſanctæ agnoſcit in radice חבא quod ſignificat, Abſcondere.

b Gen. 2. 16.

c Pſal. 49. 12.

expulsus fuit, ad confirmandum quod dictum est, *a Homo in honore non permansit.* Eodem die ambo illi ascenderunt, & descenderunt. Eodem die in Adamum decreta fuere tria decreta, sicut dictum est, *b & Adamo dixit, Quia voci uxoris tuæ auscultasti & spinam, & carduum tibi proferet, tu vero herbam agri comedes.* Quando audivit homo primus Sanctum Benedictum Deum ei dicentem, *Et comedes herbam agri,* statim commota sunt membra ejus, & dixit coram eo, Domine mundi, Ego & brutum meum ad idem præsepe comedemus? Dixit illi Sanctus Benedictus Deus, Quandoquidem commota sunt membra tua in sudore vultus tui, panem comedes. Et sicut directa sunt contra hominem primum tria decreta, sic & totidem contra Evam determinata sunt, sicut dictum est, *c Et mulieri dixit, Multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & conceptionem tuum: in dolore paries liberos.* Quamprimum vidit mulier sanguinem menstruorum suorum in initio, rem duram sibi impositam sensit. *Multiplicando multiplicabo.* Quando mulier coïit, in initio coitus sui, molestum ei fuit. Dolorem tuum. Quando imprægnata fuit mulier, facies ejus tribus primis mensibus inquinata fuit, & pallescebat. Quando intravit homo primus vespere adveniente versus tempus vespertinum, quando vidit homo primus mundum magis magisq; obtenebrascentem, dixit, Væ mihi, quia quoniam peccavi, Sanctus Benedictus Deus mundum super me tenebris obruit: & non novit ille hunc esse morem mundi, ut tenebræ venirent: cum autem vidit mundum ab oriente lucere, lætitia magna affectus fuit. Astitit & altaria condidit, & bovem attulit, cujus cornua ante ungulas ejus *d* prodiere, eumq; in holocaustum obtulit, sicut dicitur, *e Quæ melior videbitur, quam bos, aut juvencus cornibus, & ungulis præditus.* Bos quem obtulit homo primus, & juvencus, quem obtulit Noah, & aries, quem obtulit Abrahamus pater noster vice filii sui super altare, omnium eorum cornua ante ungulas eorum prodiere, sicut dicitur

a Psal. 49. 12.

b Gen. 3. 17.

c Gen. 3. 16.

d In creatione bovis cornua ante pedes e terra prodiere. Vid. Shel Jar. in Psal. 69. 31.

e Psal. 69. 31.

a Gen. 22.13. tur, a *Et levavit Abrahamus oculos suos, & aspexit, & ecce aries pone eum captus.* Et hora descenderunt tres catervæ Angelorum ministerii cum citharis & nabliis in manibus suis, qui omnes carmina in cantico cum illo

b Psal. 92.1. proferebant, sicut dictum est, b *Psalmus cantici in diem sabbati. Bonum est celebrare Jehovam, annuntiare mane benignitatem tuam & fidelitatem tuam singulis noctibus.* Annuntiare mane benignitatem tuam; Hoc significat mundum futurum, qui auroræ similis est, sicut

c Lam.3. 23. dictum est, c *Unoquoq; mane renovatæ sunt: magna est fidelitas tua.* Et fidelitatem tuam singulis noctibus. Hoc significat hunc mundum, qui noctibus similis est, sicut

d Isa. 21.11. dictum est, d *Onus Dumæ. Ad me clamat e Sehire, Vigil quid de nocte? vigil quid de nocte?* Eo tempore dixit Sanctus Benedictus Deus, Si ego eum non judicavero, inventus ero, acsi totum mundum totaliter vastum reddiderim. Et dixit, Hic quem regnare feci & super totum mundum totaliter regem feci, quomodo e perplexus est, postquam fructus illos comederit? Statim conversus ad eum maledixit illi, sicut dicitur, f *Et dixit Jehovah Deus ad serpentem.* Rabbi Jose dixit, nisi scriptum esset de fine eorum, olim mundum universum vastum reddidisset, quam cito creasset eum Deus Sanctus Benedictus. Hominem primum ante & retro

g Psal.139. 5. obsedit *Deus*, sicut scriptum est, g *Retro & ante obsedisti me, & manus tuas mihi imponis.* Tunc descenderunt Angeli ministerii, ut ei ministrarent, & levavit eum Sanctus Benedictus Deus, & sub alis ejus illum posuit,

h ibid. sicut dicitur, h *& manus tuas mihi imposuisti.* Interpretatio alia: Et imposuisti mihi manus tuas. Quando

i *E manibus Dei sc.* peccasset, accepit eum i *una ex illis.* Hinc de homine et Sanctuario *dicitur*, quando creati fuere, quod ambabus Dei manibus fuerint creati. Unde constat Adamum ambabus Dei manibus creatum fuisse? Quia dicitur,

k Psa.119. 73. k *Manus tuæ fecerunt me, & aptaverunt me.* Unde constat Sanctuarium ambabus Dei manibus *factum esse?*

l Exod.15.17. Quia dicitur, l *In Sanctuario Jehova, quod manus tuæ stabi-*

e *Vel persuasus est, sc. a serpente; sequitur enim serpentis maledictio.*

ſtabilierunt. Dictum eſt præterea, a *Et attulit illos ad terminum Sanctuarii ſui, ad montem hunc, quem dextera ejus acquiſivit.* Deniq; dictum eſt, b *Jehova regnabit in ſecula ſeculorum.* *Finis Capitis.*

a Pſal. 78. 54.

b Exod. 15. 18.

Cap. II.

QUÆ eſt illa ſepes, quam fecit lex verbis ſuis? Ecce dictum eſt, a *Et ad mulierem in ſeparatione immunditiei ſuæ.* Forte amplexus eſt eam quis, aut oſculatus, aut verba otioſa cum illa locutus eſt. Diſcas dicere, Non appropinquabis. Forſan dormivit juxta illam in veſtibus ejus ſuper lectum illius. Diſcas dicere, Non appropinquabis. Fortaſſe laverat illa faciem ſuam, et oculos ſuos ſucaverat. Diſcas diſcere, b *Et languentis mulieris in ſeparatione ſua.* Omnibus diebus quibus illa erit in ſeparatione, erit c illi in excommunicatione. Idcirco d dicunt, Quæcunq; e fœdat ſe ipſam in diebus ſeparationis ſuæ, apud eam ſpiritus ſapientiæ requieſcit. Quæcunq; in diebus ſeparationis ſuæ ſeipſam ornat, apud illam ſpiritus ſapientiæ non requieſcit. Factum hoc fuit in homine primo, qui legerat multum, et multa didicerat, et ſervierat f ſapientibus multum, et *nihilominus* in medio dierum ſuorum mortuus eſt. Tunc uxor ejus preces ſuas elevavit, g et ad Synagogas et ſcholas circuivit, exclamavit quoq; et ploravit, et dixit illis, Domini mei, ſcriptum eſt in lege veſtra, h *Nam ipſa eſt vita tua, et prolongatio dierum tuorum.* Maritus meus multa legerat, et multa didicerat, et ſapientibus multum ſervierat. Quare igitur in medio dierum ſuorum mortuus eſt? Nemo erat qui vice una verbum unum reſpondit. Occurrit ei Elias beatæ memoriæ, Dicit ei, Filia mea, quare ploras et clamas? Dixit ei, Domine, maritus meus, qui multa legerat, et multa didicerat, et ſapientibus multum

a Lev. 18. 19.

b Lev. 15. 33.

c *Sc. qui ad illam appropinquat.*

d *Doctores ſc.*

e *i. fœdas veſtes gerit.*

f Heb. *Diſcipulis ſapientum. Sic priſci Hebræi modeſte ſe appellabant, ut Latini Philoſophos.*

g Heb. *Et ad domus congregationum, & ad domus ſtudiorum.*

h Deut. 30. 20.

ſervierat, quare in medio dierum ſuorum mortuus eſt? Dixit illi, Quando veniſti in ſeparationem tuam, omnibus illis diebus prioribus quid fecit tibi? Dixit ei, *a* Abſit Domine, non enim me, vel cum minimo digitorum ſuorum tetigit: ſed ſic dixit mihi, at *b* vaſa tangere vobis licet. *Dixit Elias*, Fortaſſe veniſtis mihi *c* in poteſtatem ſententiæ. Omnibus diebus illis poſterioribus quid tibi fecit? Dixit ei, Domine, cum eo comedi, et cum eo bibi, et cum eo in veſtibus meis ſuper lectum dormivi, et caro ejus carnem meam tetigit, ſed nullæ rei præterea operam dedimus. Dixit ei, Benedictus ſit Deus, qui eum interfecit. Sic enim in lege ſcriptum eſt, *d Et ad mulierem in ſeparatione immunditiei ſuæ non appropinquabis.* Ecce dicitur, *e Nemo homo ad ullum propinquum carnis ſuæ appropinquato.* Quare dicunt, Ne una ſit quis cum ulla fœmina in diverſorio, etiamſi ſit uxor ejus, vel filia ejus, ne hoc obſervent *f* homines. Ne colloquatur cum muliere in platea, ne quidem cum uxore propria, et non opus eſt dicere, cum alienа, ne hoc illi objiciant homines. Non ibit homo poſt fœminam in platea, ne poſt uxorem ſuam quidem, neque opus eſt dicere, poſt alienam, ne hoc illi objiciant homines. Tam in hac cauſa, quam in illa dictum eſt, Non appropinquabis. Rei quæ adducit in poteſtatem tranſgreſſionis non appropinquabis. Longe remotus ſis a re fœda, et a re ſimili rei fœdæ. Idcirco dicunt ſapientes, Longe abſis a peccato levi, forſan te in peccatum grave inducet. Feſtina ad mandatum leve, quod te ad mandatum grave adducet. Ecce dictum eſt, *g Venter tuus, ſicut acervus tritici ſepitus liliis.* Venter tuus ſicut acervus tritici. Hæc eſt congregatio Iſraelis. Sepitus liliis. Hi ſunt ſeptuaginta ſeniores. Interpretatio alia. Venter tuus ſicut acervus tritici: Hæc ſunt mandata levia tenera. Sepitus liliis. Quo tempore Iſraelitæ hæc faciunt, eos in vitam ſeculi futuri adducent. En quando uxor ejus ſeparata cum illo fuit, in domo ejus voluit

a Heb *Parce & pax ſit.* Sic *infauſta deprecari ſolent Judæi.*

b Quid vaſa ſint in hoc loco, vide 1 Sam. 21. 5.

c Heb. *in manus. i. Dediſtis mihi occaſionem vos puniendi. vel, in poteſtatem dubii. i. dubitaſtis de mandato non tangendi.*

d Lev. 18 19.

e Lev. 18 6.

f Heb. *Creaturæ, in quibus homo excellit.*

g Cant. 7. 2.

luit cum ea concumbere. Voluit, at non concubuit. Et quando Adamus vidit illud, aut Adamus novit, quod aliquid *hujusmodi* ei diceretur, ecce non timuit, nisi eo quod perverse egerat *a* circa absolutionem: et sic tu in ægritudine dixisti. Similiter in initio *b* meditationis dixisti, Dixit ei, Mandata levia tenera, sunt sicut lilia, quia quo tempore Israelitæ ea faciunt, eos in vitam seculi futuri adducent. Quæ est illa sepes, qua Moses verba sua sepsit? Ecce ille dixit, *c Et dixit Jehova Mosi, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras.* Noluit Moses justus eos alloqui, Israelitas sc. quo modo Sanctus Benedictus Deus eos allocutus est, sed sic dixit illis, *d Parati sitis in diebus tribus, uxores vestras nolite tangere.* Sic addidit illis Moses diem unum *e* proprio motu. Sed *quia* sic dixerat Moses, ivit quisq; ad uxorem suam, et exiit ab eo semen concubitus in die tertio, et erant immundi, et inventi sunt Israelitæ accipientes verba *Dei* in immunditia e monte Sinai. Sed addidit Moses diem tertium, ut non iret quisq; ad uxorem suam, neq; exiret ex illo semen concubitus die tertio, et ut essent puri, et invenirentur accipientes legem in puritate e monte Sinai. Hoc unum fuit ex iis, quæ fecit Moses ex propria sententia. *f* Absit ut illum judices, quia cum Dei sententia illius sententia consentit. *g* Fregit tabulas, et consensit sententia ejus cum sententia Dei. *h* Separavit ab illis tentorium conventus, et consensit sententia ejus cum sententia Dei. *i* Separavit *illos* ab uxoribus *suis*, et consensit cum sententia divina sententia illius. Quando dixit, Quid si Israelitæ non sanctificentur, nisi *k* eo momento, neq; parati sint nisi cum decem præcepta in se e monte Sinai sint recepturi? Dixit ei Sanctus Benedictus Deus, *l Abito ad populum, & sanctificato illos hodie, & cras.* Et ut ego *m* paratus sum idcirco quovis die, et quavis hora, nec novi,

a i. Quando cum illa ante purificationem concumbere voluisset. Talm. Basil. Non timuit, nisi ab illo, qui mandatum de ablutione dedit. Vel, qui in tabula (cordis ejus sc.) mandata dederat. i. Deo

b Vel recte. רגו *pro* רחנו.

c Exod 19. 10.

d Exod. 19. 15.

e Heb. *a seipso.*

f Heb. *Judicium, parce & pax.*

g Exod 32. 19.

h Exod. 33. 7.

i Exod. 19. 15.

k Heb. *ad os horæ.*

l Exod. 19. 10.

m Vel, quia non paratus sum. אנני *pro* אינני *ut sequitur paulo post.*

novi, quando me alloquetur Deus, sive die sive in nocte, (si in una re, quanto magis in aliis?) *necesse est*, ut ab uxore me separem, et sententia ejus cum sententia Dei consensit. Rabbi Judah filius Bethiræ dixit, Non continuit Moses ab uxore, donec dictum illi fuit ex ore *a* potentiæ, quod dicitur, *b Ore ad os eum alloquar.* Ore ad os jussi illum continere ab uxore, & continuit. Sunt qui dicant, Non continuit Moses ab uxore, donec ei ex ore potentiæ dictum fuit, quod dicitur, *c Vade, dic illis, ad tentoria vestra revertimini.* Et scribitur, *d Tu autem hic apud me consiste.* Postea reversus se *ab uxore* separavit. Et sententia ejus cum divina consensit. Separavit se a tentorio conventus; Nempe *dixit*, Et quid faciet Aharon frater meus, qui oleo unctionis unctus est, & unctus in vestimentis ejus, ut in illis *e* in sanctitate ministraret? Dixit illi Sanctus Benedictus Deus, *f Dic Aharoni fratri tuo, ut ne ingrediatur quovis tempore in locum sanctum.* Ego cum non sim paratus idcirco si in una re, quanto magis in aliis, *necesse est*, ut separem me a tentorio conventus. Sic se a tentorio conventus separavit, & consensit sententia ejus cum divina. Tabulas fregit: Nempe dixerunt in tempore quo Moses in altum *abiit* ad accipiendum tabulas, quæ scriptæ erant, & sepositæ a sex diebus creationis, sicut dicitur, *g Et tabulæ opus Dei fuere, & scriptura scriptura Dei fuit tabulis insculpta*: Ne legas חרות tabulis insculpta, sed חירות libertas super tabulas, quia quicunq; legi operam dat, ecce ille *h* nobilis est a seipso. Eo tempore conspirarunt *i* detrectatores contra Mosen, & dicebant, Domine totius mundi, *k Quid est homo, quod memor sis ejus? aut filius hominis, quod visites eum? Minorem quidem fecisti eum paulisper Angelis; sed gloria & majestate ornasti eum. Præfecisti eum operibus manuum tuarum, omnia posuisti sub pedibus ejus. Greges & armenta quotquot sunt, etiamq; bestias agrestes. Aves cæli & pisces maris.* Murmurabant contra Mosen dicentes, Quid est bonitas nati a muliere, ut

a *Divinæ sc.* 1. *a Deo.*
b Num. 12. 8.
c Deut. 5. 30.
d Deut. 5. 31.
e *Vel, in Sanctuario.*
f Lev. 16. 2.
g Exod. 32. 16.
h Heb. *Filius nobilium.*
i *Vel, accusatores.*
k Psal. 8. 4.

ut in altum ascenderet? sicut dictum est, *b In sublime ascendisti, captivam duxisti captivitatem, dona accepisti.* c Migrabant cum ille descendit, & *d* valde gavisus fuit, quando vidit peccatum, quod peccarunt in formatione vituli. Dixit, Quomodo ego tradam illis tabulas? Obligabo illos ad mandata gravia *facienda*, & condemnabo ad mortem cœlitus *infligendam*. Sic enim scriptum in iis, *f Ne sint tibi Dii alieni coram me.* Retro convertit se Moses, & viderunt eas Septuaginta Seniores, & post eum currebant. Ille caput tabulæ apprehendit. Similiter & illi caput tabulæ apprehendebant. Fortius fuit robur Mosis, quam omnium illorum. Sicut dictum est, g *Et in tota manu illa forti, & omni terrore magno, quæ fecit Moses coram omni Israele.* Cum inspexerat eas, & vidit pulchritudinem scripturæ super eas, dixit, Quomodo ego tradam tabulas Israelitis in quibus nihil solidum est? sed convertam me, & frangam illas, sicut dictum est, *h Et accepi duas tabulas, & projeci eas e duabus manibus meis, easq; fregi.* Rabbi Jose Galilæus dixit, Parabolam tibi proponam, cui res hæc similis sit, Regi scilicet carne & sanguine constitenti qui dixit nuntio ejus, Exito, & desponsato mihi puellam pulchram, & gratiosam, cujus opera pulchra sunt. Ablit nuntius ille, & desponsavit eam, & observavit, quod cum alio viro scortata fuisset. Statim judicavit (absit, ut a seipso) & dixit, Si ego tradam illi literas contractus matrimonialis, statim invenietur mortis rea, & dimisit eam a Domino suo in perpetuum. Sic judicavit Moses justus (absit, ut a seipso) dixit, Quomodo ego tradam Israelitis tabulas has? Obligabo illos ad mandata gravia servanda, & ad mortem eos condemnabo: sic enim in illis scribitur, *k Sacrificans illi Deo, nisi Jehovæ soli, devovebitur.* Rursus convertam me ab illis, easq; frangam; ut contersæ sint in multis. Fortasse dicent Israelitæ, Ubi sunt tabulæ priores, quas e monte attulisti? Non sunt nisi verba mendacia. Rabbi Jose

b Psal. 68. 18.
c *Vel, levabant se.*
d Heb. *gaudio magno gavisus fuit.*
f Exod. 20. 3.
g Deut. 34. 12.
h Deut. 9. 17.
k Exod. 22. 20.

filius Bethiræ dixit, Non fregit Moses tabulas donec dictum fuit illi ex ore potentiæ, quod dicitur, *b Ore ad os eum alloquar.* Ore ad os dixi illi, Frange tabulas. Et sunt, qui dicant, Non fregit Moses tabulas, donec dictum fuit illi ex ore potentiæ, quod dicitur, *c Et aspexi, & ecce peccastis.* Non dixisset, Et aspexi, nisi vidisset, quod *d* instrumentum dotale ab iis rupisset *Moses.* Alii dixerunt, Non fregit Moses tabulas, donec dictum fuit illi ex ore potentiæ, quod dicitur, *f Et erunt illi, sicut mihi præcepit Jehovah.* Non dico ego, nisi quod jussus fuit, ut eas frangeret. Rabbi Eliezer filius Azariæ dixit, Non fregit Moses tabulas, donec dictum fuit illi ex ore potentiæ, quod dicitur, *Quod Mosi præcepit in conspectu omnium Israelitarum.* Quod illic *dicitur,* Jussus fuit, & fecit, hic etiam *verum est,* Jussus fuit, & fecit. Rabbi Aqiba dixit, Non fregit Moses tabulas, donec ex ore potentiæ dictum illi fuit, sicut dicitur, *Et accepi duas tabulas.* Quid accipit homo, nisi id, quod a creatore eorum potestatem accipiendi habet? Rabbi Meir dixit, Non fregit Moses tabulas, donec dictum ei fuit ex ore potentiæ, quod dicitur, *g Quas fregisti, h* quod idem est ac si statutum frangendi accepisset. Hezekiah rex Judææ quatuor res fecit, & sententia ejus cum divina consensit. *k* Asservavit librum medicinarum. Et consensit sententia ejus cum divina. Sicut dicitur, *l Hezekiah rex Judææ abstulit excelsa, & altaria, & edixit hominibus Judææ, & Hierosolymis inhabitantibus, Coram hoc altari vos incurvabitis, & in eo adorabitis.* Obturavit aquas Gihonis, & consensit sententia ejus cum divina, sicut dicitur, *m Hezekiah obturavit aquas Gihonis, easque inferne deduxit in civitatem Davidis, et in omnibus operibus suis prospere egit n Hezekiah.* Et quæ fuit illa sepes, quam Jobus verbis suis fecit? Ecce dictum est, *p vir integer, & rectus, Deumque metuens, & a malo recedens.* Docens, quod Jobus seipsum longe amovit a re quæ in transgressionem inducere, & a re fœda, aut quod rei fœdæ simile est.

b Numb. 12. 8.

c Deut. 9. 16.

d i. tabulis sæderis, vel scripturam ab iis rupisset. i. a tabulis.

f Deut. 10. 5.

g Exod. 34. 1.

h Heb. rectum est.

k Hunc fuisse Solomonis tradunt Hebræi. Vid. Schindleri Pentaglotton in מפר.

l 2 Chr. 32. 12.

m 2 Chr. 32. 30.

n Vereor defectum hic esse in codice Heb. duo enim facta Hezekiæ tantum numerantur, nec prioris approbationem a Deo locus citatus probat.

p Job 1. 1.

Si

Si hic res se habeat, quid inde discendum est? Vir sincerus & rectus. Nisi quod doceat Jobum ex utero exiisse *b* circumcisum. Homo etiam primus exiit circumcisus, sicut dictum est, *c* Et creavit Deus hominem in imagine sua. Seth quoq; exiit circumcisus, sicut dictum est, *d* Et genuit secundum similitudinem suam in imagine sua. Noah praeterea exiit circumcisus, sicut dictum, *f* Vir sincerus, & justus fuit in generationibus suis. Sem quoq; exiit circumcisus, sicut dictum est, *g* Et Melchisedechus rex Salem. Jacobus etiam exiit circumcisus, sicut dictum est, *h* Et Jacobus vir integer fuit in tentoriis habitans. Josephus quoq; exiit circumcisus, sicut dicitur, *k* Hæ sunt generationes Jacobi, Josephus, &c. Incongruum esset dicere, Hæ sunt generationes Jacobi, Josephus, nisi quia sicut exiit circumcisus Jacobus, ita & Josephus circumcisus exisset. Moses praterea circumcisus exiit, sicut dictum est, *l* Et vidit eum pulchrum esse. Quid autem vidit mater ejus, quod pulcher, & laudabilis præ omnibus hominibus fuerit, nisi quod exiit circumcisus? Bileamus quoq; improbus exiit circumcisus, sicut dictum est, *m* Dixit qui verba Dei audivit. David quoq; exiit circumcisus, sicut dictum est, *n* Miserum David, Serva me O Deus, quia in te confisus sum. Jeremiah etiam exiit circumcisus, sicut dicitur, *o* Priusquam te in ventre formavi, novite, & priusquam ex utero exiisti, sanctificavi te. Zerubbabel quoq; exiit circumcisus, sicut dictum est, *p* In die illo accipiam Zerubbabelem filium Shealtielis servum meum, dicit Jehovah. *q* Ecce ipse dixit, Fœdus pepigi cum oculis meis, quid igitur advertissem animum meum ad virginem? Docens, quod grave sibi duxit Jobus, neq; voluit vel in virginem animum advertere. *r* Absit ut ad ea adjicere, quæ ultra sunt. Quid si virgo hæc, si illi placuerit, ea esset, quam sibi, filio suo, fratri, aut vicino acciperet? Grave *revera* sibi duxit Jobus & noluit in uxorem alterius animum adjicere, si non in unam, multo minus in alias. At quare grave sibi duxit Jobus, nec

b Sic Davidem natum fuisse affirmat Rab. Shelomoh in Psal. 16. 1. & septem, ut Rabbini. Vid. Buxt. Lex Chald. Talm. Rab. in [illegible] At hic autor plures recitat. Eos autem circumcisos nasci volunt, qui sine præputio circumcidendo nati sunt.
c Gen. 1. 27.
d Gen. 5. 3.
f Gen. 6. 9.
g Gen. 14. 18.
h Gen. 25. 27.
k Gen. 37. 2.
l Exod. 2. 2.
m Num. 24. 4.
n Psal. 16. 1.
o Jer. 1. 5.
p Hag. 2. 23.
q Jobus sc. Job 31. 1.
r Heb. Et ultra res, pax & parcas. multo minus voluit ad uxorem alterius animum adjicere? sicut in sequentibus.

nec voluit vel in virginem animum adjicere? Quia dixit Jobus, Fortasse ego animum in illam hodie adjiciam, & cras veniet vir alius & accipiet eam. Sic eveniet, ut ego in alterius uxorem animum adjicerem. Quæ est illa sepes, quam verbis suis constituere Prophetæ? Ecce dictum est, *b Jehovah velut robustus, ut vir belli zelotypiam excitabit, clanget, etiam barriet.* Non sicut robustus unus, sed sicut omnes robusti, qui in mundo sunt: cui simile est, *c Leo rugiit, quis non timebit? Jehovah locutus est, quis non prophetabit?* Non sicut leo unus solus, sed sicut omnes leones qui in mundo sunt. Cui simile est, *d Ecce gloria Iehovæ Dei Israelis venit e via orientali, & vox ejus sicut vox aquarum multarum, & terram illuminavit gloria ejus.* Sicut vox multarum aquarum: Hic est Gabriel Angelus. Et terram illuminavit gloria ejus. Hæc est facies divinæ præsentiæ. At res quæ ultra sunt, absit, *ut inquiras*, quid Gabriel sit, sc. qui unus est, ex mille millenis millibus, & myriadibus myriadum, qui coram eo stant. Vox ejus exit ab una extremitate mundi usq; ad aliam. Rex regum regum Sanctus Benedictus Deus, qui mundum creavit universum, superiora cum inferioribus creavit. Si unum, cur non & plures? Sed oculo hæc patefaciunt, prout videre potest, & aurem audire faciunt, prout audire potest. Quæ est illa sepes, quam verbis suis constituere Hagiographa? Ecce dictum est, *f Vias tuas longe ab ea removeto, neq; ad ostium domus ejus appropinquato.* Vias tuas longe ab ea removeto. Hoc est Epicureismus. Quia homini dicit, Ne vadas inter Epicureos neq; illuc ingredere. Fortasse inter illos impinges. At si dicat quis, Confido ego in meipso, quod etiam si ibi ambulem, non cadam *tamen* inter illos. Dic ei, Fortasse dices, Audiam verba illorum & revertar. Discas dicere, *g Nulli qui ad eam veniunt, revertuntur, neq; semitas vitæ apprehendunt.* Scriptum est, *h Mactationem suam mactavit, vinum suum miscuit, etiam mensam suam disposuit.*: Hi sunt

b Isa. 42. 13.

c Am. 3. 8.

d Ezek. 43. 2.

f Prov. 5. 8.

g Prov. 2. 19.

h Prov. 9. 2.

im-

improbi. Quo tempore homo ad eos intrat, eum edere & bibere faciunt, & veſtiunt, eumq; tegunt, & divitias multas illi dant, quando eſt ſicut unus ex iis, unuſquiſq; *b* vendit, quæ ſua ſunt, & ille ex eo accipit. Dictum eſt, *c Donec miſſile jecur ejus penetret, quemadmodum feſtinat avis* ad laqueum neſciens. Interpretatio alia. Longe remove ab illa vias tuas. Hæc eſt meretrix. Dicit igitur homini, Ne vadas in hanc plateam, neq; in hoc ambulacrum intres, quia ibi eſt meretrix forma laudabili. At ille dicit, Confido ego in me ipſo, quod quamvis ambulem illic, per illam non impingam. Dicunt ei, Quamvis tu confiſus ſis in teipſo, ne vadas illuc, fortaſſe per illam impinges. Dicunt, *locus hic* docet ut non aſſueſcat *d* vas teſtaceum juxta oſtium meretricis tranſire, quia dictum eſt, *f Multos enim vulneratos dejecit, imo multi fortes ab ea occiſi ſunt.* Quæ eſt illa ſepes, quam verbis ſuis conſtituere ſapientes? Quod ſapientes dicunt, Lectio *g* Audi veſpertina uſq; *h* ad dimidium. Rabbi noſter Gamaliel dixit; Donec legerit vir, nempe ubi venit homo ab opere ſuo. Ne dicat, Comedam parum, & bibam parum, & dormiam parum, & poſtea legam lectionem Audi. Reperietur dormiens tota nocte, nec hanc leget, ſed *k* homo ubi venit ab opere ſuo, abeat in domum congregationis vel ſcholæ, ſi legere aſſuefactus fuerit legat, & *l* ſi diſcere aſſuefactus fuerit, diſcat: at ſi legere non poteſt, lectionem Audi preces fundat. Quicunq; tranſgreditur verba legis, reus eſt mortis. Rabbi Simeon filius Gamalielis dixit, Quot vicibus legit eam homo una nocte, priuſquam aſcendat columna auroræ, aut poſtquam aſcenderit columna auroræ, reperietur exiens per eam *m* e manibus debitorum ſuorum tam diei, quam noctis. Aſſiterunt ſapientes, & multiplicarunt, & fecerunt ſe-

b Vel, ſeparat.

c Prov. 7. 23.

d i. homo fragilis.

f Prov. 7. 26.

g Loci illius Deut. 6. 4. *Quæ incipit, Audi Iſrael. Hanc veſperi, & in nocte recitare ſolebant Judæi.*

h Lectionis illius ſc. vel noctis.

k Opera ſervilia agat, priuſquam lectionem illam legat. Luk. 17. 8.

l Vel, ſi aſſuetus legere vel docere non legat, Audi, ipſe preces fundat.

m i. peccatorum remiſſionem obtinebit, quæ debita vocantur, Mat. 6. 12. *vid. Teſt. Syriac.*

pem verbis suis, quia domus Hillelis dicunt, Ne discat homo, nisi a sapiente, & mansueto, & *b* nobili, & divite. Dicunt etiam domus Hillelis, Quicunq; *c* multiplicat, in eum rebellantes reperiet in Israele, *d* at appropinquabunt etiam *alii* ad disciplinam legis, & justi, sancti, nec non recti ex illis prodibunt.

b Heb. *filio patrum, i. qui parentibus nobilibus aut doctis ortus est.*

c Scientiam sc. vel, discipulos.

d Vel, *qui appropinquabunt, i. qui corrigentur.*

Finis Capitis.

Cap. III.

Dixit Rabbi Aqiba, Quicunq; aufert nummulum ex eleemosyna in tempore quo non indiget, *b* non dimittetur ex hoc mundo, dum ei hominibus opus fuerit. Ipse dixit, Quicunq; vestibus laceris oculos suos, & crura tegit, dicens, Date cæco vulnerato, qui non est ita affectus, in fine ipse *c* ita dicet revera. Ipse dixit, *d* Projiciens panem suum in terram, & nummos suos in ira sua dissipans, non dimittetur ex hoc mundo, donec hominibus indigeat. Ipse dixit, Qui lacerat vestimenta sua in ira sua, & qui confringit vasa sua in ira sua, in fine evadet idololatra. Nam hæc est consuetudo concupiscentiæ malæ. Hodie dicet *f* homini, Lacera vestimenta tua, & cras dicet ei, Idola colito. Idem dixit, *g* Quicunq; oculos suos in uxorem adjicit, ut eam ejiciat aut ut illa mortua *h* sororem ejus accipiat, aut quicunq; oculos in fratrem ejus adjicit, ut moriatur & ille uxorem ejus accipiat, in fine sepelient eum dum ipsæ vivunt: De illo scriptum est, *k* *Qui puteum fodit, in eum cadet, qui sepem frangit, eum serpens mordebit.* Res quæ accidit homini cuidam, qui verba Rabbi Aqiba transgressus fuit, ut

b Non moriatur, sed miser vivet, dum ille hominibus indigeat. i. pauper erit ante mortem.

c i. erit cæcus vulneratus mendicus.

d Prodigus, aut irascundus pauper erit.

f Heb. ei.

g *Qui uxorem suam mortuam cupit, ut alterius uxorem ducat, ante eas morietur.*

h i. *alteram.*

k Eccl. 10. 8.

ut qui caput mulieris in platea detexerat, quæ coram Rabbi apparente, ille *b* homini injunxit, ut quadringentos *c* denarios fœnatoræ daret. Dixit ei homo, Domine da mihi *d* spatium temporis. Dedit ei spatium. Tunc dixit illi socius ejus, Ego tibi consilium dabo ut non des illi plus quam quod obolo æquivaleat. Dixit ille, Da mihi: Abi, tolle oleum *f* in lecytho, & lecythum frange juxta fores mulieris. Quid fecit mulier? Exiit e domo sua, & caput suum in platea retexit, & plausit, & manus suas capiti suo imposuit, & testes sibi constituit, & coram Rabbino Aqiba venit, Dixit ei, Propter spoliationem hanc ego dabo quadringentos denarios, & eo quod oleo lecythi non pepercerit propter honorem proprium. At quod ille e propria domo exiit, & caput suum retexit in platea, & plausit, & manum suam capiti suo imposuit, dixit illi. Nihil dicis, qui enim se ipsum lædit, quamvis potestatem *hoc agendi* non habeat, liber est, ut alii, qui eum lædant, rei sunt. Illa igitur, quæ seipsam læsit, libera est, ut tu, qui læsisti eam: abi, & da illi quadringentos denarios. Rabbi Dositheus filius Rabbi Janæi dixit, Si purificasti & seminasti *semen tuum* in pluvia prima, *g* ne redeas tibi in pluvia secunda. Fortasse descendet grando super mundum, & semen primum capiet, & quæ postea sata sunt, firma erunt. Tu enim non nosti utrum rectum erit, hoc an illud, sive utraq; in manu tua bona futura sunt, sive utraq; pariter mala, sicut dicitur, *h Mane semen tuum ſeres, & veſperi ne ceſſet manus tua.* Si purificasti semen tuum, & seminasti in pluvia prima, & secundam, ne cesses in pluvia *k* tertia. Fortasse veniet uredo in mundum, & priora comburet, & posteriora fœna erunt, sicut dictum est, *l Non enim noſti, utrum hoc aut illud rectum erit, aut utrumq; pariter bonum futurum ſit*, sicut dicitur, *m Mane ſere ſemen tuum.* Rabbi Ishmael dixit, Disce legem in senectute tua, & ne dicas Nolo legem discere, sed legem discito, quia neseis an rectum

b Heb. *hominem condemnavit.*

c De hujus nummi valore vid. Buxt. Lex. Chald. Talm. Rab. in מנה

d Ad solvendum ſi.

f Videtur oleum esse mulieris. Sensus cur exiret illa furibundo more?

g i. ne ceſſet, sed sere & pluvia secunda.

h Eccl. xi. 6.

k De tribus pluviis vid. Buxt. Lex. Chald. Talm. Rab in רביעה

l Eccl. 11 6.

m Eccl. 11. 6.

rectum hoc ſit. Si legem in tempore divitiarum didiciſti, ne ceſſes diſcere in tempore paupertatis. Si eam in tempore ſaturitatis didiciſti, ne ceſſes in tempore famis. Si eam didiciſti in tempore lucri, ne ceſſes in tempore anguſtiæ, quia melius eſt homini verbum unum in anguſtia, quam centum in lucro, ſicut dicitur, *b Non enim noſti, an utraq; pariter bona futura ſint.* Ubi dicitur, Mane *ſemen tuum ſerito*, Rabbi Aqiba dixit, Diſce legem in ſenectute tua. Ne dicas, Nolo legem diſcere, quia non noſti, utrum utraq; illa in manibus tuis confirmabuntur, aut utraq; pariter bona futura ſint, ſicut dictum eſt, *Mane ſemen tuum ſerito.* Rabbi Meir dixit, Si didiciſti a magiſtro uno, ne dicas, Sufficit, ſed ſapientem adito, & legem diſce, neq; quemvis adito, ſed eum qui tibi ab initio propinquus fuit, ſicut diſcitur, *c Aquas e ciſterna tua bibito, & aquas fluentes e puteo tuo.* Debet homo tres *d* doctores audire, videlicet Rabbi Eleazarem, & Rabbi Jehoſhuam, & Rabbi Aqibam, ſicut dictum eſt, *f Beatus homo, qui mihi auſcultet, ſedulo, inſiſtendo foribus meis quotidie, obſervando poſtes oſtiorum meorum:* *g* Ne legas *fores meas*, ſed oſtiolum portarum mearum, non enim noſti, an utraq; in manibus tuis firma futura ſint. Mane ſere ſemen tuum. Rabbi Jehoſhuah dixit, Accipe uxorem in ſenectute tua. Liberos gigne in juventute tua, & liberos gigne in ſenectute tua. Ne dicas, Nolo uxorem accipere, ſed uxorem accipe, & filios gigne, & filias, & valde operam dato *h* fructificationi, & multiplicationi in mundo. Non enim noſti an utraq; in manu tua firma erunt, aut utraq; pariter bona, ſicut dicitur, *Mane ſemen tuum ſeminato.* Factum quoddam viri cujuſdam pii, qui denarium dedit unum pauperi cuidam in *k* annis caritatis annonæ. Succenſuit ei uxor ejus. Abiit ille & pernoctavit in loco ſepulchrorum, & duos ſpiritus audivit inter ſe colloquentes. Dixit unus ſocio ejus, Socie mi, exi & per mundum deambulemus & vindictam videamus,

b Eccl. 11. 6.

c Prov. 5. 16.

d תלמיד *diſcipulum ſignificat ſed doctorem hoc loco, niſi ſit pro* מלמיד

f Prov. 8. 34.

g Paratus ſis rutra, ſi oſtiolum ſolum repertum ſit.

h Alluſio ad Gen. 1. 28.

k Vel, in duabus caritatis annonæ tempeſtatibus.

quæ

quæ in mundum venit. Dixit ei, Socie mi, Nequeo exire, quia in matta ex calamis ſepultus ſum. At vade tu, & quod audis, illud mihi narrato. Ambulavit ille, & ad eum reverſus eſt. Dixit ei, Aliquidne *b* poſt velum audiſti, quæ vindicta in mundum ventura ſit? Dixit ei, Audivi, quod quicunq; in pluvia prima ſeminat, grando illud percutiet. Statim abiit *c* ille, & in pluvia ſecunda ſeminavit: ſemen totius mundi grando percuſſit, at illius ſemen non percuſſit. Anno altero abiit, & in *d* loco ſepulchrorum pernoctavit, & duos ſpiritus audivit inter ſe colloquentes. Dixit unus ſocio ſuo, Exito, & per mundum pervagemur, & quæ vindicta ſuper mundum veniat, videamus. Dixit ei, Socie mi, Nequeo exire, quia ſepultus ſum in matta ex calamis, ſed exito tu, & quod audis mihi narrato. Abiit, & ad eum reverſus eſt, Dixit ei, Aliquidne audiſti poſt velum? Audivi, quod quicunq; in pluvia ſecunda ſeminat, ſemen ejus uredo percutiet. Abiit & ſeminavit in pluvia prima. Venit in mundum uredo, ſemen totius mundi combuſtum fuit, ejus autem ſemen combuſtum non fuit. Dixit ei uxor ejus, Quare vindicta, quæ in mundum venit, totius mundi ſemen percuſſit, & combuſſit, tuum autem nec percuſſit, nec combuſſit? Factum univerſum ei enarravit. Diebus aliquot intervenientibus contentio accidit inter uxorem *e* illius pii & ancillam *f* contentioſam. Dixit ei, Abi ad filiam tuam, quæ in matta ex calamis ſepulta eſt. Anno altero abiit, & in domo ſepulchrorum pernoctavit, & duos illos ſpiritus audivit inter ſe colloquentes. Dixit hic illi, Socie mi, exito, & per mundum pervagemur, & audiamus, quid clanculum dicatur. Dixit ei, Socie mi, permitte mihi ea, quæ inter te & me acciderunt, prius *enim* inter viventes audita ſunt. Res *alia quæ accidit* pio cuidam in eleemoſynis exercitato. Tempore quodam exiit, & in navi manſit. Ortus eſt ventus, qui navim ejus ſubmerſit in mari. Venit Rabbi Aqiba

b *i. ſecreto, vel clanculum.*

c *ſc. qui denarium pauperi dederat.*

d Heb. *domo.*

e *Vel, puellæ.*

ad producendum testes de uxore ejus ducenda. Priusquam venit tempus condemnandi *nuptias*, venit vir ille, & coram eo stetit. Dixit ei, Num tu ille es, qui in mari submersus fuit? Dixit ei, Ecce. Quis igitur te e mari resurgere fecit? Dixit illi, Eleemosynæ quas dedi, illæ me e mari elevarunt. Dixit ei, Quomodo nosti? Dixit illi, Quando in ima profunda descendi, audivi vocem tonitrui magnam. Hæc illi dixit, & illa huic, Currite, & virum e mari extrahamus qui omnibus diebus ejus eleemosynas dedit. Eo tempore aperuit Rabbi Aqiba *os suum*, & dixit, Benedictus sit Deus Deus Israelis, qui verba legis elegit, & verba sapientum; sunt enim verba legis, & verba sapientum stabilia in seculum, & in secula seculorum. Sicut dictum

b Eccl. 11. 1. *c* Prov. 11. 4.

est, *b Panem tuum super faciem aquarum projicito, namque tu post diebus eum invenies.* Scribitur etiam, *c At justitia a morte eripit.* Factum in Benjamino justo, qui arcæ eleemosynariæ præpositus fuit, venit autem mulier quædam coram eo, quæ dixit illi, Domine pasce me. Dixit, *d* Per cultum Dei, nihil in arca eleemosynaria relictum est. Dixit illi, Domine, si tu me non pascas, ecce morior, & quatuor filii mei mecum. Ille igitur e suo pavit. Multis post diebus ægrotavit Benjaminus justus, & super lectum dolore affectus decubuit. Dixerunt Angeli ministerii coram Deo Sancto Benedicto, Domino eorum mundi, Tu dixisti, Quicunque

d i. Per Deum. Formula jurandi.

vitam *f* unius ex Israele conservet, æstimat eum scriptura, ac mundum plenum conservasse. Benjaminus justus, qui viduam, & quatuor filios ejus conservavit

f Heb. unam.

(i de uno, quanto magis de pluribus verum est?) ipse dolore magno affectus est. Hoc modo misericordiam illi *extendendam* petierunt, ac decidit pro eo Deus decreto judicii sui, ut anni viginti duo anni vitæ ejus adderentur.

Finis Capitis.

Cap. IIII.

Simeon justus fuit unus e *b* cantoribus virorum congregationis magnæ. Ipse dixit, Super tria consistit mundus, Super legem, & super cultum *Dei*, & eleemosynarum distributionem. Super legem. Ecce sic dixit ille, *c Benignitate delector, non autem sacrificio, & cognitione Dei, magis quam holocaustis.* Inde sacrificium, quod dilectum est, sacrificant præ omni holocausto integro *d* pro vitio, sicut dictum est, *f* Et *sacerdos ea omnia faciet super altare combures.* Alio in loco ille dicit, *g* Et *accepit Samuel agnum lactentem, & obtulit eum in holocaustum integrum Jehovæ.* Et ecce discipulus legis si legem didicit, cognitionem Dei acquisivit, sicut dicitur. *h Tunc timorem Jehovæ intelliges, & cognitionem Dei invenies.* Qui sapiens est, & in congregatione inquirit, eum æstimat scriptura, ac si adipem, & sanguinem in summitate altaris obtuliset. Duo discipuli sapientum, qui sedent, & legi operam dant, si prætereat coram illis sponsa, & *k* feretrum, si habeant quod illis sufficiat, ne cessent a lectione sua, aut si recusaverint, astent, & acute disputent, & *l* mortuum commendent. Res quæ accidit Rabbi Jehuda, & Rabbi Elgnæo. Prior sedebat legens discipulis suis. Prætertit sponsa. Accepit ille, quod sibi sufficeret, in manu sua, & *m* ea accurate arguit, donec prætertierat sponsa, quæ coram eo fuit. Rursus aliter evenit Rabbi Elgnæo, qui sedebat legens discipulis suis. Prætertit sponsa coram eo. Dixit ille, Quid rei est? Dixerunt illi, Sponsa prætertit. Dixit illis, Filii mei astate, & sponsæ operam date: sic enim invenimus de Sancto Benedicto Deo, quod sponsæ operam dederit, sicut dictum est, *n Extruxit Jehovah Deus costam illam.* Illa in sponsam facta fuit. Quanto magis nos *sponsalibus* intenti esse debemus? Quomodo autem invenimus,

b Vid. Pirke Aboth nostrum Heb. Lat. cap. 1. fig. 3.

c Hos. 6. 6.

d Vel, igneorum. i. eorum, quæ igne consumi solent.

f Lev. 1. 9.

g 1 Sam. 7. 9.

h Prov. 2. 5.

k Heb. *lectum*] *mortui.*

l i. mortem nuptiis præferam.

m De lege sc. vel de conjugio.

n Gen. 2. 22.

mus, quod Sanctus Benedictus Deus circa sponsam operatus est? Quia dicitur, *Et ædificavit Jehovah Deus costam illam.* Sic enim in urbibus maritimis sponsam ædificium appellant. Inde sc. quia *b* erui solet. Sanctus Benedictus Deus excidit *c* eam, & perfecit, & ad Adamum adduxit, sicut dictum est, *d Eamq; adduxit ad Adamum.* Vice una sobolem Adamo fecit. Exinde sodalem sibi acquisivit Adamus. Sicut dictum est, *f Os ex ossibus meis, & caro e carne mea.* Altera vice Evam ab Adamo abstulit. Exinde filiam socii sui sibi despondit Adamus.

b Ruth 4. 10.
c Costam sc. ex Adamo.
d Gen. 2. 22.
f Gen. 2. 23.

g Consistit mundus, sc. ut prius.
h Heb. *domus sanctuarii.*
k Deut. 11. 13, 14, 15.

g Super cultum *Dei.* Nempe quamdiu stabilis mansit cultus *h* Sanctuarii, mundus benedictus fuit quoad habitatores ejus, & pluviæ descendebant singulis tempestatibus, sicut dictum est, *k Ad diligendum Jehovam Deum vestrum, & ad colendum eum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra, ut dem pluviam terræ vestræ in tempore suo, tempestivam, & serotinam. Etiam dem herbam in agro tuo pro jumentis tuis.* At in tempore, quo non est stabilis cultus Sanctuarii, mundus non est benedictus in incolis suis, neq; pluviæ tempestive descendunt, sicut dictum est, *l Cavete vobis ne forte seducatur animus vester.* *m Ex quo sunt dies illi, si quis venit ad acervum vicenum modiorum, est denum. Si venit ad lacum, ut exhauriat quinquagenas mensuras torcularis, vicenarum est.* Quare non dicitur, *ad lacum vicenarum,* & sunt denarum, sicut dictum fuit, *ad acervum vicenum modiorum tritici, & fuit denum?* Quia lacus signum est multitudinis præ quinquagenis. Ut discas, quocunq; tempore vinum cædatur, signum malum esse totius anni universi. Dixerunt Israelitæ coram Sancto Benedicto Deo, Domine mundi, quare omnia hæc fecisti nobis? Respondit iis Spiritus sanctus, *n Propter domum meam, quæ vastata est, & vos curritis quisq; ad domum suam.* At si vos cultui Sanctuarii operam dabitis, ego vobis benedicere incipiam. Sicut dictum est, *p An adhuc semen in granario est? Imo vitis, & ficus, & malus punica, & q olea non*

l Deut. 11. 16, 17.
m Hag. 2. 16.
n Hag. 2. 9.
p Hag. 2. 19.
q Heb. *arbor olivæ.*

protulit. Ab hoc ipso die vobis benedicam. En didicisti nullum esse cultum magis dilectum coram Sancto Benedicto Deo, quam cultum Sanctuarii.

b Super eleemosynarum distributionem. Nempe, ecce ille dicit, *c Benignitate enim delector, non autem sacrificio.* Mundus in initio creatus non fuisset, nisi in benignitate. Sicut dictum est, *d* Ego dixi, *Mundus in misericordia ædificatus est, cœlum ordinasti.* Tempore quodam exiit Magister noster Joannes filius Zachæi ex Hierosolymis, & post eum abiit Rabbi Jehoshuah, & vidit Sanctuarium desolatum, locum ubi sacrificia eorum pro peccatis expiandis offerre solebant, propter Israelem. Dixit ei, Fili mi, ne hoc tibi displiceat. Est nobis propitiatio una huic similis. At quæ est illa? Ea est eleemosynarum distributio. Sicut dicitur, *Misericordia enim delector, non autem sacrificio.* Sic etiam in Daniele invenimus viro desideriorum, quod eleemosynarum distributioni operam dederit. Et tales fuere eleemosynarum distributiones, in quibus Daniel occupatus fuit. Si dicas, Holocausta & sacrificia obtulit ille in Babele, annon olim dictum fuit, *f Cave tibi ne offeras holocausta tua in omni loco, quem vides. Sed in eo loco, quem elegerit Jehovah in aliqua tribuum tuarum, ibi offerto holocausta tua.* Quæ igitur fuerunt illæ eleemosynarum distributiones in quibus occupatus fuit? g Sponsum præparavit, mortuum deduxit, nummulum pauperi dedit, & ter quotidie oravit, & preces ejus benevole acceptæ sunt. Sicut dictum est, *h Daniel autem, cum cognovisset sigillo confirmatum esse scriptum illud, ingressus est domum suam, & fenestris suis in cœnaculo ejus Hierosolymam versus apertis temporibus tribus de die ipse procumbens in genua sua oravit, & gratias egit coram Deo suo, quemadmodum antea fecerat.* Quando autem venit Vespasianus ad vastandum Hierosolymas, dixit iis, Stulti, quare quæritis vos urbem hanc vastare, & sanctuarium igne consumere? At quid ego hoc a vobis quæro? Veruntamen emittite mihi arcum unum, aut

b consistit mundus; ut prius.
c Hos. 6. 6.
d Psal. 89. 2. *Sic legit hic autor. Nostri sic, Misericordia in seculum ædificabitur.*
f Deut. 12. 13, 14.
g i. pauperes in conjugium promovit, mortuos sepelivit.
h Dan. 6. 11.

sagittam unam & a vobis discedam. Dixerunt ei, Quemadmodum annis præteritis exivimus, & eos interfecimus, ita exibimus coram te, & te interficiemus. Quando hoc audivit Magister noster Joannes Zachæi filius misit, & proclamavit coram hominibus Hierosolymitanis, & dixit illis, Filii mei, quare rastam redditis vos urbem hanc, & Sanctuarium comburere contenditis? Quid autem quærit ille a vobis? Ecce nihil quærit ille a vobis, præter arcum unum, aut sagittam unam, ut hinc discedat. Dixerunt ei, Quemadmodum exivimus in annis, qui te præcesserunt, & eos interfecimus, sic exibimus, & illum interficiemus. Erant quidam Vespasianum occisuri, qui castra metabantur ex adverso murorum Hierosolymarum, & quæcunq; audiebant, sagittis inscripserunt, & extra murum projiciebant, dicendo, Rabbi Joannes filius Zachæi ex amicis Cæsaris est. Et quando locutus fuit Rabbi Joannes filius Zachæi, die uno, duobus, tribus, & noluerunt ab eo doctrinam accipere, misit, & vocavit discipulos ejus Rabbi Eleazarem, et Rabbi Jehoshuam. Dixit illis, Filii mei astate, & me abhinc educite. Facite mihi arcam, ut in medio ejus dormiam. Rabbi Eleazar caput ejus apprehendit, Rabbi Jehoshua pedes, & eum usq; ad occasum solis deducebant, donec ad portas Hierosolymarum appropinquarent. Dixerunt illis janitores, Quis hic est? Dixerunt eis, Mortuus est. An non nostis quod mortuum in Hierosolymis pernoctare non permittunt. Dixerunt illis, Si mortuus sit, eum exportate. Sic eum exportarunt. Et eum deduxerunt usq; ad occasum solis, donec ad Vespasianum appropinquarent. Qui arca aperta coram illo stetit. Dixit ei, Tune es Rabbi Joannes Zachæi filius? Pete quid tibi dem. Dixit ei, Nihil a te peto, sed ut ædificetur *locus* in quo profectus prælegam discipulis meis, & precationes statas in eo concipiam, & omnia mandata tua ibi exequar. Dixit illi, Vade, & quicquid vis facere, facito. Dixit ei, Placetne tibi,

tibi, ut rem unam coram facie tua dicam. Dixit illi, Dicito. Dixit ei, Ecce tu in regno constitutus es. Unde nosti? Dixit ei, Sic traditum est nobis, sanctuarium non in manum hominis plebeii, sed regis tradendum esse, sicut dictum est, *b Et extindet perplexa silvæ ferro, & Libanus per magnificum casu ut est.* Dicitur non præteriisse diem unum quin duobus aut tribus vicibus accederent ad eum legati ab urbe sua, qui Cæsarem mortuum esse nunciaverunt, & constitutum esse ut regnum obtineret. Adduxerunt ei arcum *d* coronatum, & gladium ex adverso mutorum Hierosol. Adduxerunt ei asseres cedrinos, quos posuit in medio arcus *f* spinei, & cum illis murum percussit, donec ruperum in eo fecisset. Adduxerunt caput porci, quod posuit in medio arcus coronati, & emisit illud adversus membra, quæ erant super altare. Ea hora capta fuit Hierosolyma. Sedebat autem Rabbi Joannes filius Zachæi speculans & tremens ex adverso loci, ubi sedebat Eli, ic. speculans. Sicut dictum est, *g Sedebat autem Eli super solium ad latus viæ speculans, quia tremebat cor ejus propter arcam Dei.* Quando audivit Joannes filius Zachæi, quod Hierosolymam vastam reddidisset, & Sanctuarium igne combussisset, vestimenta sua laceravit, ut & discipuli ejus vestes suas lacerabant, & flebant, & exclamabant, & plangebant. Dixit ille, *Aperi ostia tua Libane ut cedros tuas ignis devoret.* Hi sunt sacerdotes maximi, qui fuere in Sanctuario, qui claves suas in manibus suis tenentes sursum eas expandebant, & coram Sancto Benedicto Deo dicebant, Domine mundi, hæ sunt claves, quas nobis tradidisti, quandoquidem non fuimus thesaurarii fideles ad faciendum opus regis, ut e mensa regia comederemus. Abrahamus, Isaacus, & Jacobus, & duodecim tribus flebant & exclamabant, & plangebant dicentes, *k Ejula abies, quia cecidit cedrus, quia magnifici vastantur, ejulate robora Bashanis.* Hi sunt Moses & Aharon, & Miriam. *Quia concidit silva vindemiæ.* Hæc fuit

b Isa. 10. 34.

c Heb. *staret in regno.*

d Heg. *Coronarum.*

f Heb. *spinarum.*

g 1 Sam. 4. 13.

h Zech. 11. 1.

k Zech. 11. 2, 3.

fuit domus sanctuarii. *Vox ejulatus pastorum, quia cecidit gloria eorum.* Hi sunt David, & Solomon filius ejus. *Vox rugitus leonum, eo quod vastetur festus Jordanis.* Hi sunt Elias & Elisha. Tribus rebus discrevit Sanctus Benedictus Deus filios hominum, hunc ab illo, scilicet voce, forma, vultu. Nempe docemur, quod voces hominum hujus ab illius voce distinxit Sanctus Benedictus Deus. Nisi enim Sanctus Benedictus Deus hominum voces a se invicem distinxisset, multæ meretrices olim in mundo extitissent, postquam exiisset homo e domo sua, ubi uxorem suam in domo sua subegerit. Idcirco distinxit Sanctus Benedictus Deus voces hominum, hujus ab illius voce; vox unius voci alterius non est similis. Forma. Nempe docens, quod formas hominum distinxit Sanctus Benedictus Deus unam ab altera, altera per alteram corrigitur. Idcirco distinxit Sanctus Benedictus Deus formas hominum unam ab altera. Non est hujus forma illius formæ, nec illius hujus formæ similis. Vultu. Nempe docens, quod distinxit Sanctus Benedictus Deus vultum hominum, hunc ab illo. Si enim non distinxisset Sanctus Benedictus Deus vultum hominum hunc ab illo, filiæ Israelis viros suos non cognovissent, neq; mares uxores suas cognovissent. Ideoq; distinxit Sanctus Benedictus Deus vultum facierum hanc ab illa.

Finis Capitis.

CAP.

Cap. V.

Antigonus vir Sochæus legem a Simeone juſto accepit. Dixit ille, Ne ſitis ſicut ſervi, qui Domino inſerviunt eo fine, ut mercedem recipiant, ſed ſimiles eſte ſervis Domino miniſtrantibus non ad accipiendam mercedam, & ſit ſuper vos timor Dei, ut dupla ſit merces veſtra in tempore futuro. Antigono viro Sochæo fuere duo diſcipuli, qui verba ejus legebant. Ea legebant illi diſcipulis *ſuis*, *b* & hi aliis. Conſtiterunt, & accurate de iis diſſerebant, & dixerunt, Quid viderunt patres noſtri, dicendo, Num poſſibile eſt, ut operarius toto die operetur, & non auferat mercedem veſperi? At ſi noviſſent patres noſtri mundum *futurum*, & reſurrectionem mortuorum, ita non dixiſſent. Aſtiterunt, & e lege explicarunt, & ex illis diviſæ ſunt duæ ſectæ, Sadducæi, & Baithoſæi. Sadducei a Saddoco, Baithoſæi a Baithoſo nomen accipiebant, cui vaſis argenteis, & aureis per totam vitam ejus miniſtratum fuit. Non erat opinio ejus craſſa. At Sadducæi dicebant, Prodita eſt domus Phariſæorum, quia ſeipſos dolore afficiunt in hoc ſeculo, & nihil habent in futuro.

b Heb. & diſcipuli diſcipulis ſuis.

Finis Capitis.

Cap. VI.

b Sit domus tua domus conventus ſapientibus. Nempe docens debere domum *c* cujuſq; ſapientibus paratam eſſe, & diſcipulis eorum, & diſcipulorum diſcipulis, ac ſiquis ſocio ſuo diceret, Ecce ego in uſum tuum locum hujuſmodi reſervo. Interpretatio alia. Sit domus tua domus conventus ſapientibus.

b Omittitur a hujus ſententiæ autor, ſc. Joſes filius Joezeri Vid. Pirke Aboth noſtrum, c. 1. ſig. 4.

c Heb. homini.

Nempe cum ſaplentum diſcipulus ingrediatur ut te do-
b *i. poteſtate.* ceat; ſi ſit in *b* manu tua quod legas, lege illi: at ſi nihil ſit, ſtatim dimitte eum. Neq; coram te ſedeat, neq; ſuper lectum, neq; ſuper ſolium, neq; ſuper ſellam, ſed coram te ſuper terram ſedeat, & ſingula verba, quæ ex ore tuo exeunt, recipiat in terrore, timore, conſternatione, & commotione. Et pulverem pedum eorum amplectere. Nempe cum diſcipulus ſapientum in urbem veniat, ne dicas, Non eſt mihi illo opus: ſed eum adito, neq; juxta eum ſedeas in ſuperficie lecti, aut ſuper ſolium, aut ſuper ſellam, ſed ſede coram eo ſuper terram, & quicquid ex ore illius exierit, recipe in terrore, timore, conſternatione, & commotione, quemadmodum legem accepere patres noſtri e monte Sinai in terrore, timore, conſternatione, & commotione. Interpretatio alia. Pulverem pedum eorum amplectere. Hic eſt Rabbi Eleazar, et verba illorum ſitibundus bibito. Hic eſt Rabbi Aqiba. Quod fuit principium Rabbi Aqibæ? Dicunt eum fuiſſe quadraginta annos natum priuſquam aliquid legerat. Tempore quodam juxta os putei ſteit. Dixit; Quid lapidi huic inſcribitur? Dixerunt ei, Onus quod perpetuo quotidie ei incumbit. Dixerunt, Aqiba, Si lapides legis, qui aquas exprimunt, quid de ſeipſo judicabit Rabbi Aqiba? Abſit. Quid tibi profane cum difficultate verborum legis, quæ dura eſt ſicut ferrum? Quanto minus cordi meo inſculpentur, quod caro eſt, & ſanguis? ſtatim converſus eſt ad legem diſcendam. Abiit ille & filius ejus, & ſedebant juxta doctores puellarum. Dixit ei, Rabbi doce me legem. Caput tabulæ apprehendit Rabbi Aqiba, & filius ejus caput tabulæ apprehendit. Super eam ſcripſit Alpha, Beta, & illud didicit, Aleph, Tau, & illud didicit, Legem ſacerdotum, & illam didicit. In diſcendo progreſſus eſt, dum totam legem didiciſſet univerſam. Abiit & ſedit coram Rabbi Eleazare & coram Rabbi Jehoſhua. Dixit illis, Domini mei aperite mihi ſen-

c i. Leviticum, quem liberum ante Geneſin pueri didicere. vid. Buxt. Lex. Chal. Rab. Tal. in תורה

ſum

ſum Miſhnæ. Quando dixiſſet illi paragraphum unum, abiit, & poſuit inter eum, & ſeipſum, & dixit, Quare ſcribitur Aleph iſta? quare ſcribitur Beth iſta? quare dicitur hoc verbum? Reverſus interrogavit eos, & in verbis eos confirmavit. Rabbi Simeon filius Eleazaris dixit. Proponam tibi parabolam huic rei ſimilem. Latomo, qui in montibus cædere ſolitus tempore quodam accepit ſecurim ſuam in manu ſua, & in monte ſedit, & ex eo lapides minutos excuſſit: venerunt autem homines, & dixerunt ei, Quid agis? Dixit illis, Ecce ego evellam hunc *montem*, & in medium Jordanis portabo. Dixerunt illi, Poteſne tu totum hunc montem evellere? Progreſſus eſt ille cædendo donec rupem magnam attigit. Ingreſſus ſub ea fregit eam & evulſit, & ad Jordanem attulit. Et dixit ei, Non fuit ille locus tuus, ſed hic eſt. Sic fecit illis Rabbi Aqiba ſc. Rabbi Eleazari, & Rabbi Jehoſhuæ. Dixit ei *b* Rabbi Tarpous Aqiba, de te ſcriptura dicit, *c A fletu flumina obligat, & abſconditum luci prodit.* Res abſconditas ab hominibus Rabbi Aqiba quotidie in lucem producet. Adduxit ille faſciculum ſtipularum, dimidium earum vendidit, ut nutriretur, & dimidio illius *d* ornatus fuit. Steterunt juxta eum vicini ejus, & dixerunt ei, Aqiba perdidiſti nos fumo, vende eas nobis, & oleum pretio earum auferto, & in lucem lucernæ mutato. Dixit iis, Nos his valde contenti ſumus, & nobis ſufficiunt, una parte lego, altera me calefacio coram iis, & tertia dormire poſſum. Solebat Rabbi Aqiba pauperes omnes in judicio condemnare, & ſi dixit illis, Quare non didiciſtis? *& illi reſponderent*, Quia pauperes fuimus. Dixit illis, Annon etiam Rabbi Aqiba pauper, & languidus fuit, & fuerunt illi filii & filiæ? At (inquit iis) quia pura fuit Rahela uxor ejus, cum quadraginta annos natus fuit, abiit ad legem diſcendam. In fine tredecim annorum legis partem maximam didicit. Dicunt, quod e mundo dimiſſus non fuit, donec menſas argenteas & aureas habe-

b Vel, Domine Prædator Aqiba.

c Job 28. 11.

d Vel, paratus. Forſan ſe illis calefecit, ut poſtea.

vet, & ad lectum ſuum ſcalis aureis aſcenderet. Uxor ejus exiit cum phaleris jumenti aureis. Dicunt ei, Pudefeciſti nos. Quid copiam hanc illi adduxit? *Reſpondit ille*, Mecum in lege valde laboravit. Quod fuit initium Rabbi Eleazaris? Viginti & duos annos natus fuit, priuſquam legem didicit. Dixit aliquando, Ibo, & legem diſcam coram Rabbi Joanne filio Zachæi. Dixit ei pater ejus Hircanus, Nihil guſtabis, donec ſulcum planum araveris. Surge *igitur*, & ſulcum plenum arato. Dixit diem illum veſperam Sabbati fuiſſe. Abiit ille, & cum ſocero ſuo comedit, & ſunt qui dicant eum nihil guſtaſſe ab hora ſexta veſperæ ſabbati uſq; ad horam ſextam exitus ſabbati. In via ambulans vidit lapidem in agro, accepit eum & in ore ſuo poſuit, & ſunt qui dicant, quod cum limites auroræ veniſſent abiit & ſuſpendit eos in hoſpitio ſuo. Abiit *deinde*, & ſedit coram Rabbi Joanne filio Zachæi Hieroſolymis, dum ex ore ejus odor malus exierit. Dixit ei Rabbi Joannes filius Zachæi, Eleazar fili mi, aliquid hodie comediſti. Siluit. Iterum eum allocutus eſt. Siluit *tamen:* Miſit, & hoſpitam ejus accerſivit. Dixit ei, Aliquid apud vos comedit Eleazar. Dixit illi, *b* Nos diximus illum forſan aliquid apud Rabbinum comediſſe. Dixit illis, Ego dixi, Forſan apud vos aliquid comedit. Inter me & vos Rabbi Eleazarem perdidimus e medio. Dixit illi, Sicut ex ore tuo exiit odor malus, ita exibit tibi nomen bonum in lege. Audivit de eo Hircanus pater ejus, quod legem diſcebat a Rabbi Joanne filio Zachæi. Dixit, Ibo, & *c* devovebo Eleazarem filium meum ex omnibus facultatibus meis. Dicunt eo die Rabbi Johannem filium Zachæi ſediſſe, & concionatum eſſe & omnes magnates Iſraelis ſediſſe coram eo. Audivit de adventu *d* illius, cuſtodes ei conſtituit, dicens illis, Si ad ſedendum veniat, nolite illum permittere. Venit ille ut ſederet, ſed non permiſere. Saltavit ille & exiliit, dum ad filium Tſinethi Ceſithei, & ad Nicodemum

b. Nos cogitavimus eum aliquid domi tuæ comediſſe.

c Eum hæreditate privabo.

d. Hircani ſc.

codemum filium Gorionis, & ad filium Celabæ *b* Shebuæ veniret. Sedebat inter eos, & recedebat. Dicunt eo die Rabbi Joannem filium Zachæi oculos ſuos in Rabbi Eleazarem fixiſſe, & ei dixiſſe, Loqui incipe. Dixit illi, Non poſſum incipere. Urgebat eum: urgebant et diſcipuli. Aſtitit ille, & de rebus concionatus eſt, quas auris non audivit ab *initio* mundi, *c* ullum ſc. verborum, quæ ex ore ejus prodiere. Aſtitit Rabbi Joannes filius Zachæi, & eum in capite oſculatus eſt. Dixit ei Rabbi Eleazar, Domine veritatem me docuiſti. Priuſquam exire contendit, ſtetit Hircanus pater illius ſuper pedes ejus, & dixit, Domini mei, Non veni ego, niſi ut Rabbi Eleazarem filium meum facultatibus meis privarem. Nunc autem facultates meæ omnes Eleazari filio meo dabuntur, & omnes fratres ejus dimittentur. Quare autem appellatur Tſinethus *d* Ceſithæus? Quia ſedere factus eſt ſuper lectum argentum in *f* loco principali præ omnibus filiis Iſraelis. Dicunt de filia Nicodemi filii Gorionis, quod poſtea *g* ſubſtrata fuerit duodecim millibus denariorum aureorum, & *h* denarius Tyrius aureus exiit ab ea a veſpera ſabbati ad veſperam ſabbati propter *k* condimenta delicata, *l* legem tamen de leviratu obſervavit. Quare autem dictus fuit filius Gorionis Nicodemus? Quia febrim punctatam habuit in tranſitu ejus. Aſcendebant quandoq; Iſraelitæ Hieroſolymam ad *m* feſtum: deerant autem illis aquæ quas biberent. Ivit ille ad principem quendam, & dixit ei, Mutuo dato mihi duodecim fontes aquarum ab hoc tempore uſq; ad diem hujuſmodi, ſi ego tibi non dem duodecim fontes aquarum: ego dabo tibi duodecim talenta argentea: & tem-

b Vel, ſaturum.

c Heb. omne verbum, & verbum.

d Alia ratio redditur in Gittin, fol. 56. 1: שהיתה ציצתו נגררת על גבי כסותו *Quia peniculamentum pallii ejus trahebatur ſuper pulvinaribus. i. tapetes ſubſterni curabat, ubicunq; incedebat.*

f Heb. capite omnium filiorum Iſraelis.

g Forſan lectum aureum habuit.

h Tantum pecuniæ quavis ſeptimana in cibis delicatis conſumpſit.

k Heb. condimenta ollæ. Cibus delicatus ſic dictus.

l Quamvis tam dives, affini pauperi nupſit.

m Unum e tribus annuis feſtis ſolennibus, רגל pes, quia pedites ire ad ea ſolebant.

pus fixum ei constituit. Quando pervenit tempus constitutum, misit ei, ut emitteret illi duodecim fontes aquarum, vel duodecim talenta. Dixit illi, *b* Testes eritis, quod futurum est hodie quod cum gaudio principi illi narretis. Dixit etiam, Per totum annum universum pluviæ non descenderunt: nunc autem descendent pluviæ. Ingressus est princeps ille in domum Balnei lætabundus, & Nicodemus filius Gorionis in *c* Scholam obvelatus. Stans autem precatus est, & dixit coram Domino mundi. Manifestum, & cognitum est coram te, quod non in gloriam meam, aut domus paternæ hoc fecerim, sed in gloriam tuam, ut aquæ essent illis, qui ad festum ascendebant. Statim *d* ligatum fuit cœlum nubibus, & pluviæ descendebant, usq; dum impleti essent duodecim fontes aquarum; et aquæ plures relictæ sunt. Misit principi illi, Mitte mihi aquas reliquas, quæ sunt in *f* potestate tua. Dixit ei, Jam *g* occubuit sol, et aquæ in potestate mea sunt. Rediit et ingressus est scholam, et obvelatus stetit, et oravit dicens coram Domino mundi, Fac mihi in fine, sicut in principio. Statim flavit ventus, et nubes dispersæ sunt et ortus est sol. Cum occurrit hic illi, dixit ei, Novi ego, quod Sanctus Benedictus Deus mundum suum non commovisset, nisi tua causa. Quare autem appellatum fuit nomen ejus Celaba Shebua? Quia quicunq; ingressus fuit in domum ejus famelicus, ut canis, exiit e domo ejus satur. Quando autem venit Vespasianus ad vastandam Hierosolymam, conati sunt invidi bonum hoc omne igne comburere. Dixit iis Celaba Shebua, Quapropter urbem hanc vastare conamini, et bonum hoc omne igne consumere contenditis? Expectate dum ingredior, et videam quid mihi in domo restat. Et cibum viginti duorum annorum illic relictum reperit, qui singulos homines Hierosolymitanos tam diu sustentare posset. Statim congregabant, ventilabant, molebant, cribrabant, depsebant, et coquebant. Paraverat enim ille

b Vos sc. nuntii principis.

c Heb. in domum inquisitionis.

d Vel, nigrum factum, potest esse נתקשרו *pro* נתקדרו *Vid. 1. Reg. 18. 45.*

f Heb. manu tua.

g Heb. immersus est. Ac si sol occumbens in aquas se mergeret.

ille cibum viginti duorum annorum ſingulis Hieroſolymitanis, illi autem de cibo ſolliciti non fuere. Quid fecere viri Hieroſolymitani? Plauſtra attulerunt, et *b* ſepibus ea ſepierunt, et loco illinebant, et hoc ulterius fecere homines Hieroſolymitani, ſtramen coquebant, et comedebant ſinguli Iſraelitæ habitantes coram muris Hieroſolymarum. Dixit *quidam*, Quis dabit mihi quinq; dactylos, et deſcendam, et auferam quinq; capita? Dederunt illi quinq; dactylos. Deſcendit, et abſtulit quinq; capita a *c* Veſpaſiano. Inſpexit ille excrementa *d* illorum, et nullam ſpeciem frumenti in iis videns dixit de exercitu eorum, Illi qui nil præter ſtramen comedunt non ſic occidere eos potuere. Illi comederunt omnia, quæ vos comeditis, et multo magis bibunt, qui vos interfecerunt.

b i. vepribus e ſepibus extractis.

c Capita militum ejus ſc.

d Quorum excrementa ex urbe ejecta ſunt.

Finis Capitis.

Cap. VII.

JOſes Joannides vir Hieroſolymitanus dixit, Sit domus tua patens in refocillationem, et ſint pauperes domeſtici tui, neq; colloquium cum muliere multiplices. Sit domus tua patens in refocillationem. Nempe docens debere domum *b* cujuſq; apertam eſſe ad refocillandum a parte Auſtrali, Orientali, Occidentali, et Boreali, quemadmodum fecit Jobus, qui quatuor januas in domo ſua conſtituit, ita ut non neceſſe eſſet pauperes circa domum univerſam ire. Qui e parte Boreali venit, juxta viam ſuam ingreſſus eſt. Qui e plaga Auſtrali venit, juxta viam ſuam ingreſſus eſt: et ſic in omni plaga. Idcireo quatuor januas in domo ſua fecit Jobus. Et ſint pauperes domeſtici tui. Neq; *c* ſimpliciter domeſtici tui, ſed *ita refocillati*, ut ſibi invicem narrare poſſint, quid in domo tua comederint, & biberint,

b Heb hominis.

c i. Lautius eos accipias, quam ſervos mos.

biberint, ſicut ſibi invicem narrarunt pauperes, quid in domo Jobi comederint, et biberint. Et quando obviam factus eſt hic illi, dixit alter *b* alteri, Unde venis? E domo Jobi. Et quo vadis tu? Ad domum Jobi. Et cum venerit *c* vindicta magna, non dicat *d* ille coram Sancto Benedicto *f* Deo, Domine mundi, non pavi eſurientes, nec potum dedi ſitientibus *g* comedo cibum meum ſolus, ac non comedit orphanus ex eo, neq; nudos amicivi, ſicut dictum eſt, *h* *Et vellere ovium mearum calefactus fuit.* Quamvis Jobo *etiam* ſic dicturus ſit Sanctus Benedictus Deus, Non adhuc Abrahami menſuram aſſecutus es O Jobe. Tu ſedes, et moraris in domo tua, et indigenæ ad te ingrediuntur. Qui fruſtum tritici comedere *k* ſolitus fuit, eum fruſto tritici cibaſti. Qui carnem comedere ſolitus fuit, eum carne cibaſti. Qui vinum bibere ſolitus fuit, eum vinum bibere feciſti. At Abrahamus ita non fecit, ſed habitans, et peregrinans in mundo, quando invenit viatores domum ejus ingredientes, eum pane triticeo cibavit, qui panem triticeum edere ſolitus non fuit, & eum, qui carnem edere ſolitus non fuit, carne cibavit, & eum, qui vinum bibere ſolitus non fuit, vinum bibere fecit. Nec hoc tantum, ſed aſtans ædificavit palatia magna juxta vias, & ibi reliquit cibum, & potum, ut quicunq; veniret, & ingrederetur, comederet & biberet, & *m* Deo benediceret. Quapropter facta eſt ſuper illum requies ſpiritus, quicquid *n* petiit Abrahamus, in domo ejus inventum fuit, ſicut dictum eſt, *p* *Plantavit autem Abrahamus arboretum in Beerſheba.* Domeſticos tuos manſuetudinem doceto: Quando homo manſuetus eſt, & domeſtici ejus manſueti, & veniat pauper ſtans juxta fores *q* patrisfamilias, & dicat illis, Eſtne hic pater veſter? Et dicant illi, Veni & ingredere, *et* priuſquam ingrediatur menſa coram eo *parata* eſt, ita ut ingrediens comedat, & bibat & nomini Dei benedicat, facta eſt ſuper *r* eum magna requies ſpiritus. At ubi homo non eſt manſuetus

b Heb. ſocio ſuo.

c Dies judicii univerſalis.

d Qui pauperes paſcere debuit.

f Heb. illo. Ac ſi quiſq; neſſet, quis ſanctiſſimus fuerit.

g Contra, Jobum, Job. 31. 17.

h Job. 31. 20.

k Heb. Cujus via fuit.

l i. panis tritici.

m Heb. cœlo. i. Deo, qui ibi habitat.

n הפה pro שיח.

p Gen. 21. 33.

q Heb. Domini domus.

r patremfamilias ſc.

ſuetus, & domeſtici ejus iracundi ſunt, & veniat pauper, & aſtans præ foribus dicat illis, Eſtne hic pater veſter? dicet ei aliquis, Non *eſt*. Eum increpabit, & cum objurgatione expellet. Interpretatio alia, Domeſticos tuos manſuetudinem doceto. Nempe quando homo *b* non eſt manſuetus, & domeſtici ejus manſueti, ſunt, & abiit ille in provinciam tranſmarinam; dicere poterit, Confiteor coram te O Jehova Deus mi, uxorem meam contentionem non exercere cum aliis, cor ejus non metuit in eo, & opinio illius *c* firma eſt, uſq; ad horam reditus illus. At quando homo non eſt manſuetus, & domeſtici ejus iracundi ſunt, & ille in provinciam tranſmarinam abit, dicere poterit, Placeat tibi O Jehovah Deus mi, ut uxor mea contentionem cum aliis non exerceat, & *orare poterit* ut filii ejus contentionem non exerceant, at cor ejus in illo metuit, nec firma eſt opinio ejus, dum redeat. Neq; colloquium cum muliere multiplices. Etiamſi uxor ejus ſit, non opus erat igitur dicere cum uxore ſocii ſui. Tempore enim univerſo, quo quis loquelam cum fœmina multiplicat, ſibi malum cauſatur, & a verbis legis ceſſat, & finis ejus erit, ut in infernum deſcendat. Interpretatio alia. Colloquium cum muliere ne multiplices. Nempe, quando homo ſcholam adit, eam honorifice non habet, ſi contentiones exerceat cum ſocio ſuo, & abeat, & dicat uxori ſuæ, Hoc modo aut illo cum ſocio meo contendi. Sic vel ſic dixit mihi. Ita vel ita dixi illi. Quia ſeipſum, & uxorem ejus, & ſocium contemptui exponit. Uxor ejus, quæ honorem ei exhibere debuit, aſtans eum deridet. Quod cum audit ſocius ejus, dicit, Væ mihi, verba, quæ inter illum, & me *intercedebant*, abiit ille, & uxori ſuæ communicavit. Sic reperietur vir ille ſeipſum, & uxorem ejus, & vicinum contemptui exponere.

b Patet e ſequentibus אין non *debere hic expungi. Sequitur enim in membro oppoſito.*

c Heb. manet in loco ſuo.

Finis Capitis.

Cap. VIII.

Jehoshuah filius Perachiæ, & Nittæus Arbelites legem ab iis accepere: Jehoshuah filius Perachiæ dixit, Magistrum tibi parato, & socium tibi acquirito, & homines universos æqua lance judicato. Magistrum tibi parato. Nempe dicens, ut paret sibi magistrum *b* fixum, & ab eo discat *c* Scripturam, & *d* Mishnam, *f* Midrashim, *g* Halacoth, *h* Aggadoth, exprimentes sensum qui in scriptura repositus est, usq; quo indicent illi in Mishna sensum, *scripturæ*, & qui *illic* repositus est. Similiter in Midrashis. Deinde ut discant illi in Halacoth sensum *scripturæ*, qui repositus est in Halacoth. Denique ut *i* idem faciant in Haggada. Reperietur vir ille plenus bono, & benedictione. Dixit Rabbi Meir, Qui legem ab uno magistro discit, cui similis est? *m* Homini, qui agrum unicum habet, & in una parte triticum, in altera hordeum serit, & in una parte oleas, in altera arbores *alias* plantat, & reperietur homo ille *n* dispersus inter terras, & plenus bono, & benedictione. Et socium tibi acquirito. Nempe docens ut acquireret homo socium sibi, qui cum illo edat, bibat, legat, concumbat, dormiat, & omnia secreta ejus illi communicet, secretum legis, & secretum *p* negotiationis, ut maneant, & operentur in lege, & erit onus eorum in jure, aut initio capitis, aut impurum purum, aut contra pronuntiando, *q* quodcunq; socius ejus eum *r* restituerit, erit illis merces bona laborum suorum, sicut dictum est, *f* *Meliores sunt duo quam unus, quia ipsis est præmium bonum e labore suo.* Tres si

b i. Certum, & peculiarem.
c Heb. lectionem. *Est enim Scriptura, lectu dignissima.*
d Textum Talmudicum.
f Commentarios allegoricos.
g Juris decisiones. *h* Discursus historicus vel Theologicus de locis quibusdam Scripturæ.
k Videtur magna hic esse lacuna, & legi debere. *Qui repositus est in Mishna. Tandem ut dicant illi sensum scripturæ, in Midrashis, qui in Midrashis repositus est. Sic cum clausulis cæteris ista cohærebit.*
l Heb. dicant Filii. *m* Heb. uni.
n Habet aliarum terrarum fruges, ac si illic habitaret.

p Heb. viæ negotiationis.
q Heb. Temporibus quibus.
r i. Errorem ejus corrixerit.
f Eccl. 4. 9.

si manserint, & in lege operati fuerint, eos æstimat Sanctus Benedictus Deus, ac si agmen coram eo facti essent, sicut dictum est, *b Qui extruxit in cœlis cœnacula sua, & agmen suum super terram fundat, Jehovah nomen ejus.* En didicisti, quod si tres etiam manserint, & operam dederint legi, æstimat eos, ac si agmen coram Sancto Benedicto Deo facti essent. Si duo manserint, & operam dederint legi, merces eorum in *c* excelso recipietur, sicut dictum est, *d Tunc locuti sunt timentes Jehovam, quisq; ad socium suum, & auscultavit Deus.* Hi sunt timentes Jehovam, qui quasi decretum fecerunt, & dixerunt, Veniamus, & vinctos solvamus & captivos liberemus, & quam cito Sanctus Benedictus Deus sufficientiam in manibus eorum posuit, abierunt, & sic fecerunt. *f Et de numine ejus cogitantibus.* Hi sunt, qui in corde suo cogitabant, & dicebant, Abeamus, & extraneos solvamus, & captivos redimamus, cum in manibus eorum sufficientiam non posuit Deus Sanctus Benedictus, & venit Angelus, & eos in fundum dejicit. Si unus sederit, & operam dederit legi, mercedem in excelso recipiet, sicut dictum est, *g Sedet solitarius, & silet, quia supra se jugum portavit.* En hujus rei similitudinem. Cui similis est hæc res? Cuidam qui filium parvum habuit, quem relinquit. In plateam discessit, exiit *puer*, & portavit *h* volumen, & posuit illud inter genua sua, & sedens in eo studuit. Quando *pater* e platea rediit, dixit iis, Videte filium meum parvum, quem reliqui. Exiit enim ille in plateam, *k* e seipso, & portavit volumen, quod est inter genua ejus, & sedens in eo didicit. Ecce discis quod vel unus, qui sedet, & legi operam dat, in excelso mercedem ejus recipit. Et homines universos æqua lance judicato. *l* Res quæ accidit puellæ in captivitatem abductæ. Insequebantur eam duo viri pii, ad redimendum illam. Ingressus est unus eorum in tentorium. Quando exiit, dixit socio suo, Quare me suspectum habuisti? Dixit, Fortassis ut cognoscam

b Am. 9. 6.
c i. Cala.
d Mal. 3. 16.
f Mal. 3. 16.
g Lam 3. 28.
h Sacræ scripture, vel quinq; libr. parvorum canitici Canticorum Dictum est volumen, quia in membrana scripta fuit scriptura, & in circulo volata.
k i. proprio motu nemine instigante.
l Heb. factum.

ſcam, quot nummis *b* æſtimata fuit *virgo*. Dixit ei, Per cultum Dei, ſic fuit. Dixit illi, Quem admodum judicaſti me æqua lance, ſic Sanctus Benedictus Deus te æqua lance judicabit. Res altera quæ accidit puellæ cuidam, quæ captiva abducta fuit. Quam duo viri pii ſequebantur, ut eam liberarent. Et captus fuit unus ex illis *c* nomine latronis, & in *d* carcere eum vinctum tenebant. Uxor ejus panem & aquam illi quotidie afferebat. Die quodam dixit illi, Vade ad virum hujuſmodi, & dic ei me in carcere teneri. Non abiit illa, ſed ſe in rebus otioſis exercuit. Dixit ei, Quæſo te, abi, & dic illi. Abiit illa, & dixit illi. Quid fecit vir ille? Abiit & attulit argentum, & aurum & homines cum eo, & *f* utroſq; eduxerunt. Quando exierat, dixit illis, Date mihi puellam hanc, ut dormiat mecum ſuper lectum in veſtibus ſuis. Mane dixit illis, Me & illam lavate. Sic eos lavarunt. Dixit illis, qui eos lavabant. Quare nos ſuſpectos habuiſtis? Dixit iis, Diximus, omnibus diebus, quibus vinctus fuit in domo carceris, famelicus fuit, & ſitibundus, nunc autem, cum exiit in aerem mundi, & calida facta eſt caro tua in te, forte fluxum ſeminis expertus es. Dixit iis, Quod ad lavationem puellæ hujus attinet, quare illam ſuſpectam habuiſtis? Dixit ei, Quia omnibus diebus illis, quibus inter peregrinos manſit, edebat & bibebat ex illis rebus, quæ ad eos pertinebant. Nunc autem dixiſti, *g* Lavate eam, ut pura ſit. Dixit illis, Per cultum Dei ſic res ſe habet. Et vos qui me æqua lance judicaſtis, æqua lance judicabit *h* Deus. Sicut juſti antiqui ſancti fuere, ſic et beſtiæ eorum ſanctæ fuere. Dicunt camelos Abrahami patris noſtri nolle intrare ad cultores idolorum, ſicut dictum eſt, *k Ego enim paravi domum, & locum camelis*. Docens quod non intrabant in domum Labanis Syri, donec omnes cultus idolorum a facie eorum amoviſſent. Res ad aſinum Rabbi Chaninæ filii Doſæ pertinens. Fures cum capientes aſinum in atrio ligavere,

b Heb. cogitata.

c Latrocinium ei objiciebant.

d Heb. domo vinctorum.

f Virum ſc. & puellam.

g Te igitur neceſſaria illi proſpicere æquum eſt.

h Heb. locus. i. Deus qui in omni loco eſt.

k Gen. 24. 31.

gavere, & posuerunt coram eo stramen & hordea, & aquam. At noluit asinus edere et bibere. Dixerunt, Quare nos eum ponimus, ubi moriatur, et atrium fœtore inficiat? Surgentes ostium ei aperuerunt, et eum eduxerunt. Ille autem pergebat abiens, donec juxta Chaninam filium Dosæ perveniſſet. Quando illi propinquus fuit, filius ejus vocem asini audiens dixit ei, Pater mi, similis est vox ejus voci bestiæ nostræ. Dixit ei, Fili mi, aperito ei ostium, priusquam fame moriatur. Surgens ille ostium ei aperuit, & stramen, hordea, et aquas ei posuit. Tunc autem edit, et bibit. Idcirco dicunt, Quemadmodum justi priores sancti fuere, sic et jumenta eorum sancta fuere, sicut illi.

Finis Capitis.

Cap. IX.

JEhoshuah filius Perachiæ, et Nittæus Arbelites dixerunt, *b* A vicino malo longe abſis, neq; cum malo ſocietatem ineas, neq; de vindicta dubites. A vicino malo longe abſis. Unus eſt vicinus domi, alter foris, tertius *c* in agro. Docet, quod plagæ non veniant niſi in domum improbi. Iniquitates improbi *d* occaſionem ei dant parietem juſti diruendi ex ea parte, quæ eſt inter improbum, & juſtum. Plaga quæ eſt in domo improbi, apparet in domo juſti, et domum juſti ſubvertit. Rabbi Iſhmael filius Rabbi Johannis filii Berochæ dixit, Væ improbo, væ vicino ejus. Iniquitates improbi in cauſa ſunt, quod paries juſti ſubvertatur. *f* Decem tentationibus Sanctum Benedictum Deum patres noſtri tentarunt. At nunquam niſi ob linguam malam pœnas dederunt. Hæ autem ſunt. Prima tentatio fuit *g* apud mare. Secunda *h* cum Manna primo cecidit. Tertia *k* in fine Mannæ.

b Hanc ſententiam Nittæo ſoli tribuit autor Pirke Aboth, ſicut præcedens hic & illic Jehoſhuæ tribuitur.

c Vel, rure.

d Vel, in cauſa ſunt.

f Num. 14. 22.

g Exod. 14. 11, 12.

h Exod. 16. 3.

k Exod. 16. 17, 18.

Quarta in *b* adventu coturnicum. Quinta in *c* adventu coturnicum posteriorum. Sexta *d* in Manah. Septima *f* in Rephidim. Octava *g* in Horeb. Nona *h* in negotio exploratorum. Hæc in negotio exploratorum graviſſima fuit. Sicut dictum eſt, *k Decem his vicibus me tentarunt, neq; voci meæ auſcultaverunt.* Et quod inde ſequitur, *Et homines illi, qui induxerunt famam de terra illa malam, mortui ſunt plaga illa coram Jehovah.* Annon hæc *l* verba ſunt? Quanto magis (quid enim eſt terra, cui nec os ad loquendum, neq; facies, neq; pudor?) ſi ab exploratoribus terræ contumeliam requirat Sanctus benedictus Deus, quanto magis, *inquam*, ſi quis verba adverſus ſocium ſuum loquatur, et eum pudori exponat, contumeliam ejus requiret Sanctus Benedictus Deus? Rabbi Simeon dixit, In loquentes lingua mala plagæ ideo veniunt, ſic enim invenimus in Aharone, et Miriama, qui lingua mala in Moſen locuti ſunt, et ſuper eos vindicta venit, ſicut dictum eſt. *m Et locuta eſt Miriama, & Aharon contra Moſen.* Abiit Zipporah, et Miriamam allocuta eſt. Abiit Miriama, et Aharonem allocuta eſt. Aſtiterunt ambo illi, et contra juſtum illum locuti ſunt. Quo tempore aſſiterunt ambo illi, et in juſtum illum locuti ſunt, venit ſuper eos vindicta, ſicut dictum eſt, *n Et accenſa eſt ira Jehovæ in eos, & abiit.* Quid ex hac voce, *Et abiit*, diſcendum eſt? Inde diſcendum eſt, quod ab Aharone ſubducta fuit plaga, et Miriamæ adhæſit, quia verbis illis operam non dedit Aharon, ſed Miriama, quæ verbis illis operam dedit. Venit enim Zipporah, et Miriamam allocuta eſt, et Miriama allocuta eſt Aharonem. Sic aſtiterunt ambo illi, Quando aſtiterunt ambo illi, et in juſtum illum *p* locuti ſunt, ſtatim puniti ſunt. Miriama dixit, Super me fuit ſermo ille, neq;

b Exod. 16. 13. *c* Num. 11. 4, 5. *d* Exod. 15. 23, 24. *f* Exod. 17. 2, 3. *g* Deut 9. 8. *cum* Exod. 32. 2, 3. *h* Num. 14. 2. *Novem tentationes ſolæ hic numerantur. Decimam quærat lector. Videtur illam eſſe apud Taberam*, Num. 11. 1.

k Num. 14. 22. 37.

l Nil fecere exploratores in injuriam terræ. Deus tamen mala verba in terræ dedecus prolata ſævere caſtigat, quanto magis in homines?

m Num. 12. 1.

n Num. 12. 9.

p דבקו *pro* דברו, *ut ſenſus loci requirit.*

neq; tamen a marito meo ſeparata ſui. Aharon dixit, Super me fuit ſermo ille, neq; tamen ab uxore mea ſeparatus fui. Super patres etiam noſtros priores fuit *b* ſermo, nec ideo ab uxoribus ſuis ſeparati fuere. Ille autem, quia *c* opinio ejus in eo elata fuit, ſeparatus fuit ab uxore ſua, neq; judicatus fuit *d* publice ſed privacim. Neq; certum eſt eum judicatum fuiſſe, ſed dubium manet. Incertum enim eſt, utrum opinio ejus in eo elata fuerit, necne. Nonne hæc verba ſunt? Quanto magis, ſi Miriamæ, quæ nonniſi in fratrem ſuum locuta eſt, neq; ad faciem Moſis, punita fuit, quanto magis, *inquam*, punietur homo plebeius, qui in faciem ſocii ſui verba loquitur, eumq; dedecorat? Ea hora dixit Aharon Moſi, Moſes frater mi, cogitas tu apud te lepram hanc Miriamæ impoſitam eſſe? Non nili *f* carni Amrami impoſita eſt. Parabolam tibi proponam, cui hæc res ſimilis eſt. Homini, qui carbonem in medio manus ſuæ ponit, quamvis e loco in locum convertatur, nihilominus caro ejus uritur. Sicut dictum eſt, *g* *Ne ſit, quæſo, ſicut mortuus.* Ea hora incepit Aharon Moſen deprecari. Dixit Moſes, Frater mi, nonne malefecimus ſicut *h* alii in mundo? Dixit illi, Non. Quod ſi non malefecimus ſicut alii in mundo, tu qui frater noſter es, quomodo evenit, ut *k* tibi maleſiat? Sed quid faciam? Error inter nos exiſtit, in tædere, quod inter te & nos eſt, quod in eo Aharon & filii ejus comprehendantur, ſicut dictum eſt, *l* *Et obliti ſunt fœderis fraterni.* Eo tempore fecit Moſes circulum parvum, & in medio illius ſtans dixit, Ex hoc loco non movebo, donec Miriama ſoror mea ſanetur. Sicut dictum eſt, *m* *Sana illam nunc, O Deus, te obſecro.* Tunc dixit Deus Moſi, Si rex, aut pater ejus eam objurgaſſet, conveniens fuiſſet, ut ſeptem dies pudore affecta eſſet. Ego cum rex regum ſim, quanto magis æquum eſt, ut quatuordecim dies pudore afficeretur? At tua cauſa ei remiſſum eſt. Sicut dictum eſt, Et dixit Jehovah de ea, *n* *Si pater ejus ſputum in faciem ejus inſpuiſſet.* *p* *Et vir Moſes valde*

b *Illi ſc. murmurabant.*

c *Vel,* quia opinio ejus in hac re conſenſit, *ſc. cum Miriama ſententia.*

d *Heb. in facie ſua, ſed in non facie ſua.*

f *Moſen conſanguinitatis cum Miriama admonet.*

g Num. 12. 12.

h *Heb. alius, i. ſicut Gentilis.*

k *In illa ſc.*

l Am. 1. 9.

m Num. 12. 13.

n Num. 12. 14.

p Num. 12. 3.

manſuetus

manſuetus fuit. Fieri poteſt ut manſuetus fuerit, *b* ſed non ita, ut commendaretur. Cognoſcendum eſt, quod *c Expandit tentorium ſuper tabernaculum.* Quid fuit tabernaculum? Decem cubitorum? Etiam Moſis ſtatura decem cubitorum fuit. Forſan manſuetus fuit, ſicut Angeli miniſterii. Obſervandum eſt, quod dictum eſt, *Præ omni homine.* Præ homine dicitur, non præ Angelis miniſterii. Forſan manſuetus fuit ſicut generationes præteritæ. Obſervandum eſt, quod dicitur, *Super tota facie terræ.* De generatione ejus dictum eſt, non de generationibus prioribus. Tria ſunt genera attritorum ulcere creata in mundo. Attriti ulcere humido, attriti ulcere arido, attriti polypi morbo. Moſis anima præ his omnibus attrita fuit. Rabbi Simeon filius Eleazaris dixit, Etiam ſuper loquentes lingua mala veniunt plagæ. Sic enim in Gehazi invenimus, qui Domino ſuo lingua mala enarravit, cui uſq; ad diem mortis ſuæ lepra adhæſit. Sicut dictum eſt; *d Lepra Naamanis adhæreat tibi, & e conſpectu ejus leproſus exivit nivi ſimilis.* Qui ex elatione ſpiritus loquitur, ſuper illum plagæ veniunt. Sic enim in Uzzia invenimus, ſicut dictum eſt, *f & in robore ejus exaltatum fuit cor ejus ad deſtructionem, & tranſgreſſionem in Jehovam tranſgreſſus fuit; venit autem Azarias ſacerdos, & cum illo ſacerdotes Jehovæ robuſti, & contra Uzziam regem ſteterunt, & dixerunt, Non ad te pertinet, O Uzzia, ſuffitum Iehovæ facere, ſed ad ſacerdotes filios Aharonis conſecratos. E ſanctuario exito, quoniam in Iehovam tranſgreſſus es, neq; erit hoc tibi decori a Iehova. Iratus autem fuit Uzziah, & in manu ejus erat ſuffimentum ad adolendum, & cum indignaretur in Sacerdotes in fronte ejus lepra exorta eſt.* Ea hora *g* peſſundatum fuit templum huc illuc duodecim milliaria *h* juxta duodecim milliaria. Et feſtinabant ſacerdotes exire. *k Feſtinabat & rex exire quia percuſſerat eum Iehovah. Et leproſus fuit uſq; ad diem mortis ſuæ, & in domo ſeparata habitavit, nam e domo Iehovæ exciſus fuit, & Iothamus filius ejus domui regis præfuit populum terræ judicans*

b Heb. & non decorus, & commendabilis fuit.
c Exod. 40. 19.
d 2 Reg. 6. 27.
f 2 Chr. 26. 16, &c.
g Vel, infixum terræ ſc. Angl. ſunke,
h Ex utraq; parte templi.
k 2 Chron. 26. 20, 21.

dicens. Neq; cum malo ſocietatem ineas. Docens non debere hominem ſocietatem cum viro malo, aut impio inire. Sic enim in Jehoſhaphato invenimus, quod *b* Ahabo ſe conſociaverit, & cum eo Ramotham Gileadis aſcenderit, et ira a Jehova in illum exiit. Poſtea Ahaziæ ſocius factus fuit, *c* Et fregit Jehovah opera tua, *Quia Abazia te aſſociaſti, fregit Deus opera tua, & fractæ ſunt naves in Ezion Gaber.* Sic etiam invenimus in Amnone, qui Jonadabo ſe conſociavit, qui conſilium malum ei dedit, ſicut illud quod dictum eſt, *d Et Amnoni fuit amicus, cujus nomen fuit Ionadabus filius Shimeæ fratris Davidis, & Ionadabus fuit vir valde prudens.* Prudens ſc. ad malum. Interpretatio alia. Ne ſocietatem ineas cum improbo, ne in ſtudio legis quidem. Neq; de vindicta dubites. Docens debere cor hominis quotidie timere. Sicut dictum eſt, *f Timorem enim timui.* Interpretatio alia. De vindicta ne dubites. Nempe cum videat homo id quod in manu ejus eſt, proſpere ſuccedere, ne dicat, Ideo quia purus fui, dedit mihi Deus cibum & potum in hoc mundo, & cornu firmum in mundo futuro. Sed dicat, Væ mihi, forte non invenitur apud me, niſi juſtitia una coram eo ſola. Dedit mihi cibum & potum in hoc mundo, ut me in mundo futuro perdat.

b 2 Chr. 19. 2.

c 2 Chron. 20. 35, &c.

d 2 Sam. 13. 3.

f Job 3. 25.

Finis Capitis.

Cap. XX.

JEhudah filius Tabæi, & Simeon filius Shatachi ab iis accepere. Jehudah filius Tabæi dixit; Ne ſis e numero eorum, qui judices inſtruant. Et cum ſtant litigantes coram te, ſint in oculis tuis quaſi impii: at cum liberi dimiſſi ſunt e conſpectu tuo, ſint in oculis tuis, ut juſti qui judicium in ſe receperunt. Ne

sis e numero eorum, qui judices instruant. Nempe docens, quod si *b* in scholam veneris, & verbum audias, aut constitutionem, ne *c* turberis in spiritu tuo de responsione, sed sede & roga, quo sensu loquantur, qua de re judicium fuerit, aut constitutio, de qua me interrogaverunt. Et quo tempore duo judicia coram te veniant, unum pauperis, alterum divitis, ne dicas, Quomodo absolvam pauperem, & divitem condemnabo? aut quomodo divitem absolvam, & pauperem condemnabo? Si enim pauperem condemnavero, erit pauper mihi adversarius. At si pauperem absolvero, erit dives mihi adversarius. Neq; dicas, quomodo auferam ab hoc, quod ejus est, ut alteri tribuam, cum lex dicat, *d Facies non agnoscetis in judicio*? Dixit Rabbi Meir, Quid dicendum est, ubi dicitur, *f Inferiorem sicut superiorem audietis*? Ut non stet unus, & alter sedeat, neq; unus dicat, quicquid ei dicere necesse sit, & alteri dicas, verba tua contrahe. Dixit Rabbi Jehudah, Audivi, quod si permittere voluerint, ut utriq; sedeant, pariter sedere faciant. Ubi hoc prohibitum est, ut uno stante alter sedeat? Sit apud te judicium parvi, sicut judicium magni, judicium de obolo, sicut judicium de centum minis. Ipse dixit, Quicunq; apud se dicit priusquam ad honorem hunc intret, intrato, volo ego, ut super eum *g* elevent *h* cucumam spectatorum, est enim munus honorificum difficile levatu. Et sicut levatu difficile est, ita non facile deponitur. Sic enim in Saule invenimus: quando illi dictum fuit, Sta in regno, se abscondidit, sicut dictum est, *k Et dixit Iehovah, Ecce inter impedimenta absconditus est.* Et quando ei dictum fuit, Descende ab eo, ad persequendum Davidem se convertit. Simeon filius Shatachi dixit, Multus sis in examinatione testium. Quia tu examinator constitutus es. Et cautus esto in verbis tuis. Forsan e verbis tuis quæ audiunt auditores mendacium tibi addent propter fraudulentos.

Finis Capitis.

b Heb. in domum inquisitionis.

c Vel, ne festines in spiritu tuo respondere.

d Deut. 1. 17.

f Deut. 1. 17.

g Eum magistratum faciant. Inveniet munus hoc vasi aneo magno simile esse, quod non facile levatur vel demittitur.

h Elevem Talm. Basil.

k 1 Sam. 10. 22.

Cap. XI.

SHemaiah & Abtalion ab illis accepere. Shemaiah dixit, Opus dilige, & provinciam odio habeto, neq; autoritati te cognitum efficito. Opus dilige. Nempe docens debere hominem opus diligere, & non odio habere. Sicut enim lex pro fœdere datur, ſic et opus pro fœdere datur. Sicut dictum eſt, *b Sex dies operaberis, & omne opus tuum facies: at dies ſeptimus ſabbatum eſt Iehovæ Dei tui.* Rabbi Aqiba dixit, Quibus temporibus opus facere debuit homo, reus fuit mortis coram *c* Deo. Nempe ſedebat homo tota hebdomada, nec aliquid operis fecit, & in veſpera ſabbati nihil habuit, quod comederet. Fuerunt ei in domo ejus viſcera *d* munda. Ex iis igitur capiens & comedens reus fuit mortis coram Deo. At ſi operatus fuiſſet, & progreſſus feciſſet in ædificatione domus ſanctæ, etiam ſi viſcera munda illi data fuiſſent in mercedem, & ex iis accepiſſet, et comediſſet, a morte liber extitiſſet. Rabbi Doſthæus dixit, Unde probemus, quod ſi homo non operatus fuiſſet totis ſex diebus debuit *f* ſeptimo die toto operam agere. Ecce quia ſedebat omnibus diebus ſeptimanæ, & nihil operis fecit, & in veſpera ſabbati nihil habuit, quod comederet, abiit & in manus peregrinorum incidit, qui eum capientes collare ei impoſuerunt, & in eo opus fecit in ſabbato. Totum hoc illi evenit, eo quod non totos ſex dies operatus eſſet. Rabbi Simeon filius Eleazaris dixit, Etiam homo primus nihil guſtavit, donec opus feciſſet, ſicut dictum eſt, *Et poſuit eum in horto g Edenis ad eum colendum, & cuſtodiendum:* Et poſtea, *h Ex omni arbore horti libere comedere poteris.* Rabbi Tarpon dixit, Etiam Sancti Benedicti Dei præſentia divina non manſit ſuper Iſraelem, donec opus feciſſent, ſicut dictum eſt, *k Et facient mihi ſanctuarium, ut inter illos habitem.*

b Exod. 20. 9.

c Cælo.

d Vel, rei ſanctæ: vel, piſces.

f Vel, ſeptem diebus totis.

g Gen. 2. 15.

h Gen. 2. 16.

k Exod. 25. 8.

bitem. Rabbi Jehudah filius Bethiræ dixit, Cui nihil est, quod agat, quid faciet? Si sit ei messis ampla, aut agri multi, abeat, & in iis se exerceat,
b Exod.20.9. sicut dictum est, *b Sex diebus operaberis, & omne opus tuum facies.* Quid autem inde discendum est, *Et facies omne opus tuum?* ut inducat eum, cui sunt messes, aut agri, ut in illis se exerceat. Rabbi Jose dixit, Non mortuus fuisset homo, nisi propter cessationem,
c Gen. 25.8. sicut dictum est, *c Et expiravit, & ad populum suum collectus fuit.* Hic qui incurvatus fuit, cecidit in ordine suo, et mortuus est. Ecce non fuit mortuus, nisi propter cessationem. Sic enim audivimus de viris &
d Exod.36.6. fœminis, sicut dictum est, *d Ne faciant vir aut fœmina opus ulterius in oblationem Sanctuarii.* Rerum adjunctarum.
f Exod. 36.6. Unde probatur? Quia dicitur, *f Et fuit populus detentus ab afferendo.* Dixit Rabbi Nathan, Quo tempore operatus fuit Moses in opere tabernaculi, no-
g Heb. auferre. luit *g* accipere consilium a principibus Israelis. Principes autem Israelis sedebant cessantes, & dixerunt, Nunc opus est nobis Mose. Quando audiverunt, quod
h Heb. vocem transire fecerunt. *h* proclamatio facta fuit in exercitu, sicut dicitur, *k Erat enim materia sufficiens illis pro opere*, dixerunt, Væ
k Exod.36.7. nobis, quia nulla nobis societas fuit in opere tabernaculi. Surgentes igitur rem magnam a seipsis addi-
l Exod.35 27. derunt, sicut dicitur, *l Principes vero attulerunt lapides sardonychas.* *m* Et provinciam odio habeto. Nempe
m Forsan se magistratu abdicaverunt. docemur, ut non sibi imponat homo coronam a seipso,
n Prov 27.2. sed alii ei imponant, sicut dictum est, *n Alius te laudet, & non os tuum, peregrinus, non autem labia tua.* Rabbi Aquiba dixit, Quicunq; se magnificat propter verba legis, similis est cadaveri in via projecto. Quicunq; transit, aut redit, manum suam naribus suis imponit,
p Prov. 30 32. & abit. Sicut dictum est, *p Si stulte fecisti te efferendo, si male cogitasti manum ori admovens*, si stulte homo se gesserit circa verba legis, & dactylos plurimos comederit, & vestes sordidas induerit, & sederit observans portam sapientum, quicunq; transit, aut redit, dicturus

est,

est, Forsan stultus hic est. Deniq; totam legem apud illum universam invenies. Rabbi Jose dixit, Descende, si in alto sis, & ascende, si infra sis. Quicunq; se magnificat propter verba legis, in fine dejicietur, & quicunq; dejicit se propter verba legis, in fine magnificabitur. Neq; autoritati te cognitum efficito. Nempe docens, quod non exit homini nomen in autoritate, sicut exiit illi, cum in autoritatem venit. Deniq; oculos in illum ponunt, & eum interficiunt, & omnes opes illius ab eo auferunt, quando socius ejus in *b* platea est, & dicat Sanctus Benedictus deus, Detur viro hujusmodi. *c* Tum exeunt e domo ejus centum boves, centum oves, & centum capri. De quo audiens lictor principi dicit, Ito, & domum ejus totam circundato, et ab eo opes ejus universas auferto. De illo scriptura dicit, *d Socio voce elata benedicens, maledictio* ei reputabitur. Interpretatio alia. Postquam socius ejus in platea sedet, & dixerit Sanctus Benedictus Deus, Detur viro hujusmodi, eo ipso die in domum ejus colligit tot coros tritici, & hordei. Ea de re informati veniunt, & domum ejus universam circundant, omnes ejus opes ab eo auferunt. Mane nihil apud se relictum habet. De eo scriptura dicit, *f Voce elata socio benedicens, &c.* Alia interpretatio. Autoritati te cognitum non efficito. Non constituat homo dicere, Ego sum ille princeps civitatis, & ego sum qui docui, quare spoliati sunt Israelitæ. Alia interpretatio. Ne constituat homo autoritatem accipere, quamvis enim in initio fores ei aperiant & deducant eum *homines*, in fine difficultas illi exorietur. Abtalion dixit, Sapientes cavete verbis vestris. Forte docebunt aliquid *g* e nomine vestro, quod discipulum legis non decet. Et peccabitis peccatum captivitatis, & in locum aquarum malarum captivi abducamini. Discipuli etiam vobis succedentes fortasse aliquid e nomine vestro docebunt, quod discipulum legis non decet, & peccatum captivitatis peccent, & in locum aquarum

b Vel, in foro. Alio regnum affectante, prior corruit.

c Heb. Hodie.

d Prov 27. 14.

f Prov 27. 14.

g Vel, ex iis, quæ apud vos sunt.

malarum captivi abducantur. Quæ ſunt hæ aquæ malæ? Dictum eſt, b *Sed inter gentes mixti ſuere, & opera eorum didicere.* Alia interpretatio. Aquarum malarum. Juxta ſenſum literalem. Et ſunt qui dicant, Forte in ſervitutem duram captivi abducti ſunt.

b Pſal. 106. 35.

Finis Capitis.

Cap. XII.

Hillel, & Shammæus ab iis accepere. Hillel dixit, Eſto e diſcipulis Aharonis pacem diligens, & proſequens, & c pacem inter maritum & uxorem reducens, & eos legi appropinquare faciens. Dixit ille præterea, Qui nomen protelat, nomen ejus peribit, & qui non addit, deficiet, & qui non diſcit, mortis reus eſt, & qui de corona ſibi inſervit, ſe perdit. Idem dixit, Si non ego mihi, quis mihi? Et cum ego mihi ipſi, quid ego? Et ſi non nunc, quando? Pacem diligens. Nempe docens debere quemvis pacem amare in Iſraele inter ſingulos, ſicut Aharon pacem dilexit inter ſingulos, ſicut dicitur, d *Lex veritatis in ore ejus fuit, neq; in labiis ejus inventa fuit iniquitas; in pace & æquitate mecum ambulavit, & multos ab iniquitate convertit.* Rabbi Meir dixit, Quid inde diſcendum eſt, ubi dicitur, *Et multos ab iniquitate convertit?* Sicut ambulavit homo in via, incidit in hominem improbum, f eumq; ſalutavit, cras autem inquirendo audivit virum illum tranſgreſſionem tranſgreſſum eſſe. Dixit, Væ mihi, quomodo Aharonem aſpicere potero? Erubeſco propter eum, qui me ſalutavit: ſic repertus fuit vir ille cohibens ſeipſum a tranſgreſſione. Erant ſimiliter duo homines inter ſe altercantes. Abiit Aharon, & juxta unum eorum ſedit. Dixit ei, Fili mi aſpice ſocium tuum, quid dicat, cor ſuum terens, & veſtes lacerans. Dixit,

c *In Pirke Aboth, legitur, Homines amans.*

d Mal. 2. 6.

f *Heb. & pacem ei dedit.*

Væ

Væ mihi, quomodo oculos meos levabo, & ſocium meum aſpiciam? Erubeſco præ illo. Ego enim ille ſum, qui in eum peccavi. Juxta eum ſedit *Aharon*, donec invidiam e corde ejus removiſſet. Tunc abiit Aharon & juxta alterum ſedens dixit illi, Fili mi, vide ſocium tuum, quid dicat, terens cor ſuum, & veſtimenta lacerans. Dixit, Væ mihi, quomodo oculos meos levabo, & ſocium meum aſpiciam? Erubeſco præ illo. Ego enim in illum peccavi. Sedit juxta illum Aharon, donec omnem invidiam e corde illius amoviſſet. Et quando occurrebat unus alteri, ſe invicem amplexati & oſculati ſunt. Idcirco dictum eſt, *b Et fleverunt Aharonem triginta dies tota domus Iſraelis.* Res alia propter quam filii Iſraelis Aharonem triginta dies fleverunt, quia judicavit Aharon judicium veritatis juxta veritatem ejus. Unde probatur? Non dixit viro ulli, nec fœminæ, Peccaſti. Idcirco dictum eſt, *Et fleverunt eum tota domus Iſraelis.* Sed de Moſe, qui eos verbis aſperis objurgare ſolebat, dictum eſt, *c Et fleverunt Moſen filii Iſraelis.* Præterea quot millia ſunt in Iſraele, quorum nomen appellatur Aharon, Aharon? Niſi Aharon fuiſſet, hoc mundo non eveniſſet. Et ſunt qui dicant, Si videat Moſen Doctorem noſtrum ſedentem & flentem, quis non flebit? Et ſunt qui dicant, Si videat Eleazarem & Pinchaſum, qui ambo erant ſacerdotes maximi, ſedentes & flentes, quis non flebit? Eo tempore poſtulavit Moſes, ut moreretur, ſicut mortuus fuit Aharon, quia vidit lectum ejus ſtratum, & *d* varios cœtus Angelorum miniſterii eum plangentes, & quia ab eo & Adamo aliquid mutuum cepit (annon etiam inter eum & ſe aliquid mutuum cepit?) Audivit igitur Sanctus Benedictus Deus petitionem ejus tacitam, ſicut dictum eſt, *f Et morere in monte, in quem aſcendis, & ad fratres tuos colligitor, ſicut mortuus fuit Aharon frater tuus in monte Hor.* Ecce edoctus es, quod mori petiit, ſicut mortuus eſt Aharon. Ea hora dixit Deus Angelo mortis, Abi, animam Moſis

b Num. 20. 29.

c Deut. 34. 8.

d Heb. cœtus cœtus.

f Deut. 32. 50.

sis mihi afferto. Abiit Angelus mortis, & coram eo transiit, ei dicens, Mose, da mihi animam tuam. Objurgavit eum Moses, eumq; cum objurgatione ejecit, dum Mosi dixit Sanctus Benedictus Deus, Moses, satis hujus mundi habes; Ecce autem mundus futurus tibi reservatus est. Scrutatus es opera creationis, sicut dictum est, Et dixit *Jehovah*, *b Ecce locus apud me est, & super rupem collocabere.* Accepit Sanctus Benedictus Deus animam Mosis, eumq; sub throno gloriæ recondidit, sicut dictum est, *c Et ligata est vita Domini mei in fasciculo vitæ.* Et quando eum accepit, eam semper osculatus est, sicut dictum est, *d Super os Jehovæ.* Neq; anima Mosis sola sub throno gloriæ recondita est, sed etiam animæ omnium justorum sub throno gloriæ reconditæ sunt, sicut dictum est, *f Et ligata est vita Domini mei in fasciculo vitæ.* Forsan de animabus impiorum sic discere potes, *g Animas autem inimicorum tuorum ejiciet, sicut e cavo funda.* Quamvis e loco in locum dispergatur, nescit cui adhæreat. Similiter animæ impiorum cogitabundæ ambulant & in mundo errant, neq; norant, cui adhæreant. Iterum dixit Angelo mortis, Abi & afferto mihi animam Mosis. Abiit in locum ejus, quæsitum non invenit. Ambulavit juxta mare magnum, dixit ei, Moses venitne hac via? Dixit illud, A die quo transierunt Israelitæ in medio ejus, illum non vidi. Ambulavit juxta montes & colles, & dixit iis, Venitne Moses hac via? Dixerunt ei, *h Deus viam ejus intelligit, & ipse locum ejus novit.* Deus eum in vitam mundi futuri congregavit, *neq; ubi sit*, novit ulla creatura, sicut dictum est, *k Vbi autem reperietur sapientia, & ubi est locus intelligentiæ? Pretium ejus ignorat homo, neq; in terra viventium invenitur. Abyssus dicit, Non est in me, & mare dicit, Non est apud me. l Destructio & mors dicunt, Auribus nostris famam illius audivimus.* Jehoshuah etiam mœrore affectus sedit propter Mosen, donec ei Sanctus Benedictus Deus dixisset, Jehoshuah, tu propter Mosen mœstus es. *m Moses servus meus mortuus*

b Exod. 33 21.

c 1 Sam. 25. 29.

d Deut. 34 5.

f 1 Sam. 25. 29.

g 1 Sam. 25. 29.

h Job 28 23.

k Job 28. 12, 13, 14.

l Job 28. 22.

m Josh. 1, 2.

tuus eſt. Pacem proſequens. Nempe docens, debere hominem pacem in Iſraele proſequi inter ſingulos, ſicut fecit Aharon, ſicut dictum eſt, *b Recede a malo, & bonum facito, pacem inquire, eamq; proſequere.* Rabbi Simeon filius Eleazaris dixit. Si in loco ſuo ſedeat homo, & ſileat, quomodo pacem in Iſraele inter ſingulos quærit, ſicut dictum eſt, *Pacem inquire, eamq; proſequere?* Ecce nempe cum in loco tuo pacem inquires, eam in loco alterius proſequeris. Etiam Deus Sanctus Benedictus c pacem in excelſo facit. Quam autem pacem in excelſo facit Deus Sanctus Benedictus? Quia non imponit decem *variis Angelis* Gabrielis nomen, Michaelis, aut Urielis, aut Raphaelis, ſicut homines indunt decem *variis perſonis* nomen Reubenis, aut Simeonis, aut Levi, aut Jehudæ. Nam ſi feciſſet, ſicut homines faciunt, quando unum eorum vocaret, venirent coram eo *omnes*, & hic in illum indignaretur. Sed unum *Angelum* vocat Gabrielem, alterum Michaelem. Et quando unum eorum vocat, venit ille coram eo qui in quemcunq; locum velit, illum emittit. Et quia hic illum reveretur, & honorat, humiliores ſunt hominibus, & cum aperire debent os ſuum, ut canticum dicat quis, dicit hic ſocio ſuo, Aperi tu, quia me major es: cui ille reſpondet, Aperi tu, quia tu me major es. Non ſicut faciunt homines, quorum unus ſocio ſuo dicit, Ego te major ſum: cui ille reſpondet, Ego te major ſum. Sic & in cœtibus *Angelorum* dicit hic cœtus illi, Aperito tu, quia me major es, ſicut dictum eſt, *d Et clamat hic ad illum, & dicit.* Homines amans. Nempe docens, debere hominem homines *alios* diligere, non autem odio habere. Sic enim invenimus in hominibus illius generationis in diviſione linguarum, quos quia ſe mutuo diligerent, noluit Sanctus Benedictus Deus e mundo perdere, ſed eos in quatuor plagas cœli diſperſit. Sed homines Sodomæ, quia ſe invicem oderunt, perdidit Sanctus Benedictus Deus ex hoc mundo & futuro, ſicut dictum

b Pſal. 34. 14.

c Job 25 2.

d Iſa. 6. 6.

est, *b Erant autem homines Sodomæ mali, & peccatores in Jehovam valde.* Peccatores. Hoc revelationem nuditatis intimat. In Jehovam. Hoc prophanationem nominis Jehovæ intendit. Valde. Quia cum intentione peccabant. En edoctus es, quia se invicem oderunt, eos ex hoc mundo, & futuro perdidit Sanctus Benedictus Deus. Et ad legem appropinquare faciens. Nempe docens, debere hominem alios colligere, & eos sub alis divinæ præsentiæ congregare, sicut Abrahamus pater noster fecit. *c Et accepit Abrahamus Sarai & Lotum fratris sui filium, & omnem substantiam eorum, quam acquisierunt, & animas, quas in Haranc fecerant.* Annon omnes qui in mundum veniunt vel culicem unum creare nequeunt? Quid igitur dicit doctrina, *Animas quas in Harane fecerant*? Docet Deum æstimare ac si eas fecissent. Sicut non potest homo socio suo mercedem in hoc mundo; ita nec in futuro impertire, sicut dictum est, *d Ecce lachrymas oppressorum, quibus non erat consolator.* Et statim, *Et oppressoribus eorum robur fuit, Et non fuit iis consolator.* Quare repetitur, *Non fuit illis consolator*? Hi sunt homines, qui edunt, bibunt, prospere agunt in filiis & filiabus in hoc mundo: at in futuro non est iis consolator. Nam si quid ab homine furto auferatur, aut ei mortuus quis fuerit, veniunt filii et fratres ejus, & eum consolantur: forte idem in altero mundo *expectat*. Sic docemur dicere similiter, *f Noq; est ei frater*: Sic qui peccatum peccat, & spurium gignit, dicunt ei, Vane, *g* Teipsum & me perdidisti. Et cum sedeant alii discentes Hierosolymis, spurius Asdodam venire, & ibi sedere potest, & dicere, Væ mihi, si spurius non fuissem prius sedissem, & didicissem inter discipulos, sicut edoctus sum. Jam vero quia spurius sum, non licet mihi inter discipulos sedere, aut discere, quia Hierosolymas intrare spurius prorsus non debet, sicut dictum est, *h Et in Asdoda habitabit spurius, & Philisthæorum superbiam excindam.* Ille dixit, Si non ego mihi, quis mihi? Si ego vivens non

b Gen. 13. 13.

c Gen. 13. 5.

d Eccl. 4, 1.

f Eccl. 4. 8.

g Verba spurii ad adulterum patrem.

h Zech. 9. 6.

justi-

b juſtificer, quis pro me juſtificabitur? Et cum ego mihi ipſi, quid ego? Si ego in me ipſo juſtificatus non ſim, quis in me juſtificabitur pro me? Sic non nunc, quando? Si ego vivens non juſtificer, quis poſt mortem meam pro me juſtificabitur? Sic enim dictum eſt, quod *c Cani vivo melius eſt, quam mortuo leoni.* Quia cani vivo melius eſt. Hic eſt improbus vivens in hoc mundo. Mortuo leone. Fortaſſis præ Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo qui in pulvere habitant. Alia interpretatio. Quoniam cani vivo melius eſt. Hic eſt improbus in hoc mundo vivens, ſi reſipiſcat, recipiet eum Sanctus Benedictus Deus: at juſtus, quando mortuus eſt, juſtificationem non amplius addit. Ille dixit, Si in domum meam venero, in domum *d* tuam veniam. Ad locum, quem cor meum diligit, illuc pedes mei me conferunt. Si in domum meam venero, in domum tuam veniam. Nempe hi ſunt homines, qui mane et veſperi *f* ſynagogas & ſcholas Dei Sancti Benedicti adeunt, juxta illud quod dicitur, *g In omni loco, ubi nomen meum recorder.* Ad locum, quem cor meum diligit, illuc pedes mei me conferunt. Nempe hi ſunt homines, qui relinquentes argentum & aurum ſuum, ad feſtum aſcendunt ad apparendum coram facie divinæ præſentiæ in ſanctuario. Sanctus Benedictus Deus ea conſervabit in medio tentoriorum ſuorum, ſicut dictum eſt, *h Neq; deſiderabit quis terram tuam, cum aſcendas, k ad apparendum coram Domino Deo tuo.* Ille dixit, Si ego hic, omnia hic: ſi ego non hic, quid omnia hic? ſi ego non hic, quid hic? Contrarium cum contrario ejus, & in his omnibus juxta *l* Agadam parvam. Factum quod Hilleli ſeni accidit. In via ambulanti occurrunt homines triticum afferentes. Dixit iis, Quanti ſatum venditis? Dixerunt ei, Duobus denariis. Alii illi occurrunt. Dicit illis, Quanti ſatum venditis? Dicunt ei, Tribus denariis. Dixerunt illi, Stulte Babylonice non noſti, quod ſecundum Agadam parvam *facimus.* Dixit iis, Stulti & vani, omnia quæ dico

b Vel, purus ſim.

c Eccl. 9. 4.

d In domum Dei ſc. ut e ſequentibus patet. Eam non minus, quam ſuam ingredi cupiunt ſancti. Pſal. 132. 3, 4, 5.

f Heb. domos congregationum, & inquiſitionum.

g Exod. 20. 24.

h Exod. 34. 24.

k Heb. ad vivendum faciem Domini Dei tui.

l Librum collectaneorum.

vobis vos mihi reſpondetis. Sic faciens illis Hillel ſenex eos in melius convertit. Vidit & ille cranium, quod ſuper faciem aquarum natabat. Dixit ei, Quia abripuiſti, abripient te, & qui te abripiunt, abripientur. Ille etiam in lingua Babylonica quatuor verba dixit, Qui nomen protelat, nomen ejus peribit, & qui ſapientibus non miniſtrat, mortis reus eſt, & qui non addit, corrumpetur, & qui de corona ſibi inſervit, peribit, & abibit. Qui nomen protelat, nomen ejus peribit. Nempe docens, non debere hominem nomen ſibi in regno proferre: cum enim quis nomen ſibi in regno profert, *b* tandem eum obſervant homines, & eum interficiunt, & opes illius ab eo auferunt. Et qui ſapientibus non miniſtrat, reus mortis eſt. Nempe dicunt, quod factum eſt in homine quodam e domo excelſa, qui ſanctitatem ſervare ſolitus eſt. Rabbi Joannes filius Zachæi diſcipulum quendam ad illum miſit, ut illum exploraret. Abiit & invenit illum oleum accipientem, & ſuper teſtu ſuperficiem ponentem, quod poſtea a teſtu auferens in medio aquæ fabarum preſſarum poſuit. Dixit ei, Quid facis? Dixit ei, Sacerdos maximus ego ſum, oblationem in puritate comedo. Dixit illi, Si teſtus hic immundus ſit, eſtne hæc pura? Dixit ei, Extatne nobis aliquid in lege, quod teſtum immundum declaret? Nonne dicit ſcriptura de furno ſolo, quod impurus ſit, ſicut dictum eſt, *c Quicquid in eo eſt, immundum erit.* Dixit ei, Sicut lex furnum, ita & teſtum impurum pronuntiat, ſicut dictum eſt, *d Furnus & teſtus frangetur, Immundi ſunt.* Dixit ei, Si ſic te aſſuefeceris, oblationem puram in diebus tuis nunquam comediſti. Et qui non addit, corrumpetur. Nempe docens, Si diſcat homo tractatum unum, aut duos, aut tres, & illis nihil addat, in fine priorum obliviſcitur. Et qui ſibi de corona inſervit, peribit, & abibit. Nempe, quia omnis, qui ſibi de nomine *f* explicato inſervit, portionem in ſeculo futuro nullam habet.

b Heb. Fink, ut oculos ſuos in eum ponant.

c Lev. 11. 33.

d Lev. 11. 35.

f Vel ſeparato. Tetragrammato. Qui vocem Jehovah pronuntiat.

Finis Capitis. CAP.

Cap. XIII.

SHammæus dixit, Legem tibi infixam reddito, loquere parum, & fac multum, & homines omnes vultu amœno ſub ſpe recipe. Legem tibi infixam reddito. Nempe docens, quod ſi homo aliquid ab ore ſapientium in ſchola audiverit, illud contingens non relinquat, ſed fixum reddat, & quicquid didicit homo faciat, & doceat alios. Faciat illud quod doctum eſt, *b Ut ea diſcatis, & ſervetis.* Et ſic de Ezra dictum eſt, *c Paraverat enim cor ſuum ad inquirendum in lege Jehovæ ad faciendum,* & poſtea, *& ad docendum in Iſraele ſtatuta, & judicia.* Loquere parum, & fac multum. Nempe docens, quod viri juſti parum dicant, ſed multum faciant. Impii autem multum loquuntur, dum interim parum non faciant. At unde probatur, quod juſti parum dicant, & multum faciant? Quia ſic in Abrahamo patre noſtro invenimus, qui dixit Angelis, Fruſtulum hodie apud me comedetis, ſicut dictum eſt, *d Et accipiam fruſtulum panis, & cor veſtrum confortate.* Sed vide quid Abrahamus in fine fecerit Angelis miniſterii, qui abiit, & paravit illis tres boves, & tria ſata. Unde autem probatur, quod tria ſata illis paraverat? Quia dicitur, *f Et feſtinavit Abrahamus in tentorium ad Saram, & dixit, Cito parato tria ſata farinæ ſimilagineæ.* Tria quidem juxta verborum ſenſum literalem. Farinæ: Ecce ſex. Similagineæ. Ecce novem. Unde autem conſtat quod tres boves illis paravit? Quia dictum eſt, *g Ad armentum vero cucurrit Abrahamus.* Bovem *attulit. Ibi eſt unus.* Filium bovis. *Ibi ſunt* duo. Tenerum. *Ibi ſunt* tres. Et ſunt qui dicant, Bonum. *Ibi ſunt* quatuor. Et dedit puero, & juſſit, ut eum pararet. Datus fuit in manum Iſhmaelis filii ejus, ut eum in mandatis initiaret. Etiam Sanctus Benedictus Deus parum dixit, & multum fecit, ſicut dictum

b Deut. 5. 1.
c Ezr. 7. 10.
d Gen. 18 5.
f Gen. 18. 6.
g Gen. 18. 7.

b Gen. 15. 13, 16.

est, b *Et dixit Jehovah Abrahamo, Certo cito peregrinum fore semen tuum in terra, quæ non est eorum, & illis servituros qui eos, annos quadringentos, affligent. Atq; etiam nationem, cui servient, judicabo, & postea cum substantia magna exibunt.* Non amplius quam quinquaginta verbis eum alloquitur. Sed postea cum vindictam sumit Sanctus Benedictus Deus de inimicis Israelis, non vindictam sumit nisi septuaginta duobus literis, sicut dictum est,

c Deut. 4 34.

c *Aut unquam ne tentavit Deus venire, ut sibi acciperet gentem e medio gentis alterius, tentationibus, signis, & terriculamentis magnis?* Ecce discis, quod quando vindictam sumpsit de hostibus Israelis, non sumpsit eam nisi septuaginta duabus literis. Unde autem probatur, quod improbi multum dicant, atq; etiam parum non faciant? Quoniam sic in Ephrone invenimus, qui Abrahamo dixit,

d Gen. 23. 15.

d *Terra quadringentos siclos argenti valet.* Sed postea cum pependerat ei argentum,

f Gen. 23. 16. Dixit se velle agrum Abrahamo dare v. 11. pecuniam tamen ponderatam accepit.

f *auscultavit Abrahamus Ephroni, & pependit Abrahamus Ephroni.* Et homines omnes vultu amœno sub spe recipe. Nempe docens quod si socio suo dederit quis dona ulla mundana facie irata in terram aspiciens, de eo scriptura æstimat, ac si illi nihil dedisset. Sed qui socium ejus vultu amœno sub spe recipit, licet nihil illi dederit, de eo æstimat scriptura, ac si omnia dona bona illi dedisset.

Finis Capitis.

Cap. XIV.

g Multa hic omittuntur dicta a Gamaliele & aliis, quamvis est quomodo in Pirke Aboth extra ordinem irrepserint, vid. ibi. c. 1. in fine, & c. 2. initio.

g MAgister noster Johannes filius Zachæi accepit ab Hillele, & Shammæo. Erant Hilleli seni octoginta discipuli. Triginta ex illis digni fuerunt super quos divina præsentia maneret, sicut Moses magister noster: sed hoc generatio eorum indigna fuit. Et triginta ex illis digni erant, qui

h i. periti Astronomi.

h annum intercalarent.

rent. Et Viginti intermedii erant. Maximus omnium eorum fuit Jonathan filius Uzielis. Minimus autem omnium illorum fuit magister noster Johannes filius Zachæi. De eo dicunt, quod non omiserit scripturam, Mishnam, aut Gemaram, constitutiones, aut Agadoth, additiones subtiles in lege, aut subtilitates scribarum, aut consuetudines sapientum, aut *b* ullum verbum particulare in lege, quod non didicit, ad confirmandum, quod dictum est, *c Ut amanties me substantiam hæreditate accipere faciam, & thesauros eorum implebo.* Si legem copiose didiceris, ne apprehende bonum tibi ipsi, quia ideo formatus fuisti. Ideo quia non sunt homines formati, nisi in eum finem, ut legi operam darent. Erant magistro nostro Johanni filio Zachæi quinq; discipuli. Omnibus illis nomina imposuit. Eleazarum filium Horcani Cisternam calce oblitam vocavit, qui ne guttulam quidem perderet, cantharum pice obductum, qui vinum suum servat. Et Jehoshuam filium Hananiæ vocavit Funiculum triplicatum, qui non facile disrumpitur. Et Josen sacerdotem appellavit pium in generatione illa. Et Ishmaelem filium Hananiæ vocavit Granum in deserto, quod aquas suas apprehendit. O beatum discipulum, de quo testimonium perhibet magister ejus! Et Eleazarum filium Arachi Torrentem exundantem vocavit, fontem exuberantem, cujus aquæ prævalent, & exeunt foras, ad confirmandum, quod dictum est, *d Dispergantur fontes tui foras, & in plateis rivi aquarum.* Ille dixit, Si essent omnes sapientes Israelis in lance una, et Rabbi Eleazar filius Horcani in altera, ille omnes pondere superaret. Abba Saulus dixit e sententia sua, Si essent omnes sapientes Israelis in lance una, & Rabbi Eleazar filius Horcani etiam cum illis, & Rabbi Eleazar filius Arachi in altera, eos omnes pondere superaret. Dixit iis, Exite & videte, ubi sit via bona, cui adhæreat homo, ut in mundum venturum ingrediatur? Ingressus inquit R. Eleazar, Oculus bonus

b Heb. *omne verbum & verbum.*

c Prov. 8. 21.

d Prov. 5. 16.

nus. Socius bonus, inquit R. Jehoſhuah. Vicinus bonus, cogitatio bona, & uxor bona, inquit R. Joſe. Futura prævidens, inquit R. Simeon. Ingreſſus Eleazar dixit, cor bonum erga mandata, & erga homines. Dixit iis, Video verba Eleazaris filii Arachi præ veſtris eſſe, ut quæ veſtra comprehendant. Dixit iis, Exite, & videte, ubi ſit via mala, a qua longe abeſſe debeat homo, ut mundum futurum ingrediatur? Ingreſſus R. Eleazar dixit, Oculus malus. Socius malus, inquit Jehoſhuah ingreſſus. Oculus malus, & vicinus malus & uxor mala, inquit R. Joſe. Mutuo accipiens, & non reddens, inquit R. Simeon, quia mutuo accipiens ab homine, a Deo mutuo accipit, ſicut dictum eſt,

b Pſal. 37. 21. *b Mutuo accipit impius, & non reddit: at juſtus beneficus eſt, & dat.* Ingreſſus R. Eleazar dixit, Cor malum erga cæcum, & mandata, & homines. Dixit iis, Video verba R. Eleazaris verbis veſtris meliora eſſe, ut quæ verba veſtra comprehendant. Quando mortuus fuit filius R. Johannis filii Zachæi, ingreſſi ſunt diſcipuli ejus, ut eum conſolarentur. Ingreſſus R. Eleazar, & coram eo ſedens dixit ei, Placeat tibi Domine, ut verbum unum coram te proferam. Dixit ei, Loquere. Dixit illi, Homini primo filius fuit, quo mortuo conſolationem ille de eo accepit. Unde autem apparet, quod conſolationem de illo ceperit? Quia dictum eſt,

c Gen. 4. 25. *c Et cognovit Adamus uxorem ejus rurſus.* Tu etiam conſolationem accipe. Dixit illi, Non ſufficit mihi, qui in me mœrore afficior, quod me memorem doloris hominis primi feceris. Ingreſſus R. Jehoſhuah dixit ei, Placeat tibi, ut verbum unum coram te proferam? Dixit illi, Loquere. Dixit ei, Jobo fuere filii, & filiæ, & omnes uno die mortui ſunt. Qui tamen de illis conſolationem cepit. Tu igitur conſolationem recipe. Unde autem probatur Jobum conſolationem

d Job 1. 21. accepiſſe? Quia dictum eſt, *d Jehovah dedit, & Jehovah accepit. Sit nomen Jehovæ benedictum.* Dixit illi, Non mihi ſufficit, qui in meipſo mœrore afficior, quod dolorem

lorem Jobi mihi in memoriam revocaverit. Ingreſſus R. Joſe coram eo ſedit, & dixit ei, Domine, placeat tibi, ut verbum unum coram te proferam? Dixit ei, Loquere. Dixit illi, Fuere Aharoni duo filii *b* adulti, qui ambo uno die mortui ſunt. Et ille conſolationem accepit de illis, ſicut dictum eſt, *c Et tacuit Aharon.* Non fuit hoc ſilentii, ſed conſolationis indicium. Tu igitur conſolationem recipe. Dixit ei, Non ſufficit mihi, qui in meipſo mœrore afficior, quod dolorem Aharonis mihi in memoriam revocaveris. Ingreſſus R. Simeon dixit ei, Domine, placeat tibi, ut verbum unum coram te proferam. Dixit illi, Loquere. Dixit ei, Davidi regi fuit filius, quo mortuo conſolationem cepit. Tu igitur conſolationem accipe. At unde apparet Davidem conſolationem cepiſſe? Quia dictum eſt, *d Et conſolatus eſt David Bathſhebam uxorem ejus, & intravit ad illam, & concubuit cum illa. Peperit autem illa* filium, Et vocavit nomen ejus Solomonem. Tu igitur conſolationem accipe. Dixit illi, Non ſufficit mihi, qui in meipſo mœrore afficior, quod dolorem Davidis regis mihi in memoriam revocaveris. R. Eleazar filius *f* Arachi ingreſſus eſt. Quando vidit illum dixit miniſtro ſuo, Accipe coram me vas, & ſequere me ad domum ablutionis, quia vir magnus eſt ille, neq; poteſt quis adverſus illum conſiſtere. Ingreſſus coram eo ſedit, & dixit ei, Dicam tibi parabolam. Cui ſimile eſt hoc? Homini cui rex præfecturam juxta ſe committit. Ille quotidie plorat, & exclamat, dicens, Quando ex hac præfectura in pace exibo? Tibi etiam Domine fuit filius. Legit ille legem, ſcripturam, prophetas, & hagiographa, Miſhnam, conſtitutiones & Agadoth, & e mundo *g* non propter peccatum dimiſſus eſt. Dixit ei, R. Eleazar, Fili mi, me conſolatus es, ſicut homines conſolari ſolent. Quando e præſentia ejus exierunt, dixit, Ibo ad locum pulchrum, & aquas pulchras. Et ipſi dixerunt, Eamus ad ædificandum locum diſcipulis ſapientum plurimis,

b Heb. *magni.*

c Lev. 10. 3.

d 2 Sam. 12. 24

f *Azariæ. Tal. Baſil.*

g *Morte naturali ſublatus, non judicio divino propter peccatum interfectus.*

qui legem diligunt. Qui abit ad spernendum locum pulchrum, & aquas pulchras decoras, parvum erit nomen ejus in lege. Qui vero abeunt ad ædificandum locum, ubi sunt sapientum discipuli multi, & legem amantes, nomen eorum in lege magnificabitur.

Finis Capitis.

Cap. XV.

Et illi tria dixerunt, R. Eleazar dixit, Sit gloria socii tui non minus chara tibi quam tua, neq; iræ acquiescas. Die una ante mortem tuam respisce. Sit gloria socii tui non minus chara tibi, quam tua. Nempe docens, quod sicut gloriam propriam respicit, ita gloriam socii sui respicere debeat homo. Et quemadmodum homo nollet, ut nomen malum contra honorem suum exiret, sic non debet homo proferre nomen malum contra honorem socii sui. Sit gloria socii tui tibi non minus chara, quam tua. Nempe quo tempore sunt homini centum myriades, & auferantur omnes opes ejus propter id quod obolum valet, non debet se dedecorare. Neq; iræ acquiescas. Nempe docens debere hominem mansuetum esse, sicut fuit Hillel senex, & non iracundum esse, sicut fuit Shammæus senex. Quæ fuit mansuetudo Hillelis senis? Factum quoddam memorant inter duos homines, qui astiterunt se invicem provocantes circa quadringentos denarios. Dixerunt, Quicunq; abit, & Hillelem iratum fecerit, quadringentos denarios accipiet. Abiit unus ex illis, erat autem ille dies vespera sabbati, in tenebris atq; etiam capite tecto venit. Et fores ejus pulsavit, dicens, Ubi Hillel, ubi Hillel vectus? Quit in occursum ejus exiens dixit ei, Fili mi, quid tibi opus est? Dixit ei, De consuetudine quadam

mihi

mihi opus est inquirere. Dixit illi, Loquere. Dixit ei, Quare sunt oculi *b* Tarnudworum teretes? Dixit ei, Quia in arena habitant in deserto. Veniunt autem venti, & eam super oculos eorum spargunt. Idcirco sunt oculi eorum teretes. Abiit, & hora una mansit, & rediens fores ejus pulsavit, dicens, Ubi Hillel, ubi Hillel tectus? Qui exiens dixit, Fili mi, quid tibi opus est? Dixit illi, De consuetudine quadam mihi opus est inquirere. Dixit ei, Dic mihi quamobrem pedes Africanorum lati sunt? Dixit illi, Quia habitant juxta foveas aquarum, & *c* quotidie in aquis ambulant. Idcirco pedes eorum lati sunt. Abiit, & hora una mansit, & rediens fores ejus pulsavit dicens, Ubi Hillel, ubi Hillel tectus? Qui exiens dixit, Quid tibi opus est inquirere? Dixit ei, De consuetudine mihi opus est inquirere. Dixit ei, loquere. Qui tectus sedens coram eo dixit ei, Non sunt multi tibi similes in Israele. Dixit ei, *d* Cautus esto in spiritu tuo, quid tibi opus sit. Dixit illi, Quare sunt capita Babyloniorum longa? Dixit ei, Fili mi, de consuetudine magna interrogas. Quia non sunt ibi coetus prudentes. Quam cito nascitur infans, super membra servorum & ancillarum educant. Idcirco longa sunt capita eorum. Sed ubi sunt coetus prudentes, quando natus est infans, in cunis illum educant, & caput ejus fricant. Idcirco capita eorum rotunda sunt. Dixit ei, Perdidisti mihi quadringentos denarios. Dixit ei, Quandoquidem Hillel fuit cujus manu periere mihi quadringenti denarii, *sufficit*. Hillel tamen iratus non fuit. Quæ fuit ira Shammæi senis? Dicunt factum quoddam accidisse in homine quodam, qui juxta Shammaium fuit. Dixit illi, Rabbi, quot sunt vobis leges? Dixit illi, Duæ. Una. in scriptura, altera oralis. Dixit ei, De ea quæ scripta est, credo tibi. De ea, quæ oralis est, non credo tibi. Eum increpavit, & cum indignatione ejecit. Veniens coram Hillele dixit ei, Rabbi quot leges dantur? Dixit illi, Duæ, una scripta, altera

b Erant bi pauperes segmenta lignorum vendentes.

c Heb. in omni die & die.

d Noli me commendare, sed quid tibi opus sit, exponere.

ra oralis. Dixit ei, De scripta lege tibi credo, de orali non credo tibi. Dixit illi, Fili mi mane. Scripsit ei Alphabetum. Dixit ei, Quid hoc? Dixit illi, Aleph. Dixit ei, Non est Aleph, sed Beth. Dixit ei, Quid est hoc? Dixit illi, Beth. Dixit illi, Non est Beth, sed Gimel. Dixit ei, unde nosti hoc esse Aleph, illud Beth, proximum Gimel? Dixit illi, Sic tradiderunt nobis patres nostri priores hoc esse Aleph, illud Beth, proximum Gimel. Sicut unum in veritate recepisti, ita alterum in veritate recipe. Factum in peregrino quodam, qui transiens per posteriores partes *b* Synagogæ audivit puerum legentem, *c* *Hæc sunt vestimenta, quæ facere debent, pectorale, amiculum, & pallium.* Venit coram Schammæo, & dixit ei, Rabbi, cujus est hæc omnis gloria? dixit illi, Sacerdotis magni, qui stans ministrat juxta excelsa altaris. Dixit ei, Proselytum fac me, ita ut me Sacerdotem magnum constituere possint. Dixit illi, Non est sacerdos in Israele præter Sacerdotes magnos, qui in sacerdotio magno stant ministrantes. Sed peregrinus vilis, qui non nisi baculo suo, & pera viatoris comitatus venit, venietne ille, & in Sacerdotio magno ministrabit? Eum increpans cum indignatione ejecit. Venit ad Hillelem, & dixit ei, Rabbi Proselytum fac me, ut me sacerdotem magnum constituant, ut stans ministrem juxta excelsa altaris. Dixit ille, Mane & apud te dicito, Quicunq; quærit coram rege e carne & sanguine consistente apparere, non æquum est, ut discat, quomodo ingrediatur, aut egrediatur. Dixit ei, Ecce tibi, qui apparere cupis coram rege regentium reges Sancto Benedicto Deo, opus est tibi ut discas quomodo in domum sanctam sanctorum intrare debeas, quomodo lucernas rectas facias, ad excelsa altaris appropinques, mensam instruas, in ordinem redigas *d* quæ ordinanda sunt? Dixit illi, Fac quod in oculis tuis bonum est. Scripsit ei Alphabetum & docuit eum legem sacerdotum. Ille autem discens perrexit, dum ad ea verba perveniret,

b Heb. domus congregationis.

c Exod. 28. 4.

d Heb. ordinationem.

Et

f Et peregrinus appropinquans morietur. Assumpsit illud in seipsum multo magis, dicens, Quod si de Israelitis, qui vocantur filii Dei, de quibus etiam dicit divinitas, *b Et vos eritis mihi regnum sacerdotum & gens sancta,* si de his, inquam, monet scriptura, *Et peregrinus appropinquans morietur,* quanto magis de me, qui peregrinus veni, & sola pera viatoris comitatus? Statim pacatus fuit peregrinus ille a seipso, & ad Hillelem senem veniens dixit illi, Omnes benedictiones in lege super caput tuum requiescant. Si enim mihi fuisses, sicut Shammæus senex, non veniissem in congregationem Israelis. Iracundia Shammæi senis me ex hoc mundo & futuro eradicare contendit: tua autem mansuetudo me in vitam hujus & futuri seculi introduxit. Dicunt peregrino huic natos fuisse duos filios, quorum uni nomen Hillelis, alteri Gamalielis imposuit, eosq; vocarunt peregrinos Hillelis. Die una ante mortem tuam resipisce. Rogarunt eum discipuli Rabbi Eleazaris, an novit homo quo die morietur, ut resipiscat? Dixit ille, Idcirco resipiscat hodie, forte enim cras morietur. Sic in resipiscentia reperientur omnes dies ejus. Rabbi Jose filius Jehudæ dixit e sententia R. Jehudæ in R. Elgnæo, qui dixit e sententia Elgnæi patris sui, qui dixit e sententia R. Eleazaris magni. Die uno ante mortem tuam resipisce, & te calefacito ad ignem sapientum. A prunis eorum caveto, ne forte adurare, quia morsus eorum morsus vulpinus est, & punctio eorum scorpii punctio est, atq; etiam omnia verba illorum similia sunt prunis ignitis.

f Num. 1. 51.

b Exod. 19. 6.

Finis Capitis.

Cap. XVI.

RAbbi Jehoſhua dixit, Oculus malus, & concupiſcentia mala, & odium hominum hominem e mundo extrudunt. Oculus malus. Nempe docens, quod eo modo domum ſocii aſpicere debeat homo, quo ſuam aſpicit. Et ſicut nollet homo, ut nomen malum contra uxorem ſuam, & filios ſuos exiret; ſic nolle debet, ut contra uxorem, aut filios ſocii ſui nomen malum exeat. Interpretatio alia, Oculus malus. Nempe ut non ſit oculus hominis invidus in ſtudium ſocii ſui. Factum quod accidit cuidam in ſtudium ſocii ſui invido, abbreviati ſunt dies ejus, & migravit, & exiit. Concupiſcentia mala. Nempe dicunt, Tredecim annos major eſt concupiſcentia mala, quam bona. A viſceribus matris hominis major eſt, & venit cum eo. Incipit autem *b* cum violatione ſabbati, non cum manuali percuſſione alterius. Tredecim annos nato concupiſcentia bona ſe prodit, ita ut ſabbatum violanti dicat, Vane, ecce ipſe dixit, *c* *Quicunq; illud prophanaverit, certo morietur.* Homines interficienti dicit, Vane, ecce ipſe dixit, *f* *Sanguinem humanum fundentis ſanguis ab homine fundetur.* Rem malam aggredienti dicit, Vane, ecce ipſe dixit, *g* *Adulter & adultera certo morientur.* Quando homo ſe ipſum calefacit, ut ad rem malam certatim progrediatur, omnia membra ejus concupiſcentiæ malæ obediunt, quæ regnat ſuper *h* ducenta quadraginta & octo membra. Quando rem mandatam aggreditur quis, ei reſpondere incipiunt omnia membra ejus, Quoniam concupiſcentia prava in viſceribus ejus regnat ſuper ducenta quadraginta & octo membra, quæ ſunt in homine, concupiſcentia bona ſimilis eſt ei, qui vinctus eſt in *k* carcere, ſicut dictum eſt, *l* *E carcere ad regnandum exibit.* Hæc eſt concupiſcentia bona. Sunt autem

b *Impietas in puero ſe manifeſtat ante inhumanitatem.*
c Exod. 31. 14.
d *Hcb. anima.*
f Gen. 6. 9.
g Lev. 20. 10.
h *Tot membra eſſe in homine affirmatur in Sanhed. fol.* 107. 1.
k *Hcb. domo vinctorum.*
l Eccl. 4. 14.

rem qui dicant hunc esse Josephum justum. Quando venit illa improbitas, respondit ei verbis. Dicit ea illi, Ego te in carcere vinctum tenebo. Dicit ei, *b Jehovah solvit vinctos.* Dicit ea illi, Ego oculos tuos effodiam. Dicit ei, *c Jehovah aperit oculos cæcorum.* Dicit illa ei, Ego incurvabo staturam tuam. Dicit ei, *Jehovah incurvatos erigit.* Dicit illa ei, Ego faciam te improbum. Dicit illi, *Jehovah justos diligit.* Dicit ea illi, Ego te Aramæum faciam. Dicit ei, *d Jehovah peregrinos custodit*, idq; donec dicat, *f Quomodo faciam magnum hoc malum?* Noli mirari, quod Josephus justus ita fecerit, Ecce enim R. Zadoc magnus fuit, & honorabilis. Quando captivus abductus fuit, recepit eum matrona quædam, & misit ad eum ancillam pulcheram quandam, qui quando eam vidit, oculos ejus ad parietem convertit, ne eam aspiceret. Et legens sedebat tota nocte usq; ad auroram. Abiit illa & sedit ex opposito dominæ suæ dicens ei, Mors mihi magis conveniisset, quam quod me viro huic tradidisti. Misit illa, eumq; accersens, dixit illi, Quare cum hac fœmina non fecisti, *g* ut solent homines? Dixit ei, Quid tum facerem de sacerdotio magno, & de familia magna? Ego dixi, Forte ingrediar ad illam, & spurios in Israele multiplicabo. Quando illa audiverat verba ejus, præcepit de eo ut liber cum honore dimitteretur. Dixit ei, Noli mirari, Quod R. Zadoc ita fecerit, Ecce enim R. Aqiba eo major, quando in Syriam venit, cum apud dominatorem quendam *h* calumniabantur, qui duas fœminas pulchras ad eum misit, quæ se lavarunt, & texerant & ornatæ erant, ficut sponsæ sponsis *jungendæ*, & super eum tota nocte ceciderunt, Juxta me cubabis, inquit hæc, juxta me, inquit illa. Ille autem inter eas sedens ad neutram respexit. Abierunt illæ & coram facie dominatoris venientes dicebant ei, Melius esset nobis mori, quam ut nos huic vino traderes. Ille mittens & eum accersens dixit ei, Et quare non fecisti cum fœminis hisce, sicut

b Psal. 146. 7.
c Psal. 146. 8.
d Psal. 146. 9.
f Gen 39 9.
g Heb. juxta viam, quam faciunt filii hominis.
h Heb. calumnias edebant. Solent enim a parasitis fœmellis calumniæ ad mensas divitum proferri.

ficut homines ſolent cum mulieribus pulchris facere? Annon ſunt illæ filii hominis, ſicut tu? Annon qui eas creavit, te creavit? Dixit ei, Quid faciam? Odor ad me venit e cadaveribus mortuis, & dilaniatis, & reptilibus. Noli mirari, quod ita fecerit Rabbi Aqiba, ecce R. Eleazar magnus major eo fuit, qui filiam ſororis ſuæ ſedecim annis ſecum *b* in lecto nutrivit, donec venirent ei *c* ſigna. Tum dixit ei, Exito, ut viro nubas. Dixit illi, Annon ancilla tua famula erit ad lavandum pedes *d* diſcipuli tui? Dixit ei, Filia mea, jam ſenex ſum, exito ut juveni tibi ſimili nubas. Dixit ei, Sic dixi coram te, Annon ancilla tua famula erit ad lavandum pedes diſcipuli tui? Quando verba ejus audivit *f* abſtulit ab ea poteſtatem deſponſationis, & ad eam ingreſſus eſt. R. Reuben filius, Atſtarublæi dixit, Quomodo remotus eſt homo a concupiſcentia mala, quæ eſt in viſceribus ejus, cum *g* gutta prima quam homo in mulierem ejicit, ſit concupiſcentia mala? Non incipit niſi ex apertionibus cordis, ſicut dictum eſt; *h Ad oſtium peccatum jacet.* Dicit homini, quando puer in lectum projectus eſt, vir te occidere quærit. Ipſe intendit, ut eradicet e ſeipſo in *k* porta ſua. Puer in lectum projectus manum ſuam ſuper ſerpentem, aut ſcorpionem ponit, qui pungit eum. Nulla hujus rei cauſa eſt præter concupiſcentiam malam, quæ eſt in viſceribus ejus. Manum ſuam ſuper carbones ponit, & uritur. Nulla hujus rei cauſa eſt præter concupiſcentiam malam, quæ eſt in viſceribus ejus, quia concupiſcentia mala ſpargit ſe *l* in domo principali. Veni autem, & aſpice hœdum aut agnum, quando puteum videt, ſe retrorſum vertit, non eſt enim in bruto concupiſcentia mala. R. Simeon filius Eleazaris dixit, Parabolam tibi proponam. Cui rei ſimilis eſt concupiſcentia mala? Similis eſt ferro in ignem injecto, quam diu in igne eſt, quicquid volunt, ex eo faciunt. Ita eſt in concupiſcentia mala: nihil præter

b Vel in maturatione, i. dum maturesceret.

c Pubertatis ſc. indicia in virginibus.

d Forſan diſcipulorum tuorum, ſi jod deſit. aut doctrinæ tuæ, ſi ſit ‏לתורתך‏ *pro* ‏לתורתיך‏ *i. tui ipſius.*

f Vel, accepit.

g Seminis humani ſc.

h Gen. 4 7.

k Concupiſcentiam malam ſc. quam dixerat ad oſtium jacere.

l In homine ſc. creatura nobiliſſima, ut e ſequentibus patet. Vel in parte principanti quod τὸ ἡγεμονικὸν vocant Græci.

præter verba legis sola eam corrigere potest, sicut dictum est, *b Si inimicus tuus famelicus sit, cum pane pascito, sin sitibundus sit, aquam ut potet efficito: Carbones enim ignitos super caput ejus coacervabis, & Jehovah mercedem tibi dabit.* R. Jehudah princeps dixit, Parabolam tibi proponam. Cui rei similis est concupiscentia prava? Similis est duobus hominibus, qui pandocheum unum ingressi sunt; captus est unus eorum *c* furti accusatus. Dicunt ei, Quis tecum fuit? Fieri potest, ut dicat, Socius meus mecum non fuit. Dicat tamen, Quandoquidem ego interfeci, socius meus mecum interficietur. Similiter dicit concupiscentia prava, Quandoquidem ego in mundo futuro peribo, ego totum corpus perdam. R. Simeon filius Juchæi dixit, Hinc quod Israelitæ Gehennam in æternum non videbunt, parabola hæc indicat. Cui similis est hæc res? Regi e carne & sanguine confistenti, cui fuit ager pessimus. Venerunt homines, eumq; decem coris tritici annuis conduxerunt. Eum stercorabant, sarriebant, rigabant, tegebant, ex eo tamen nonnisi eorum unum tritici in anno collegerunt. Dixit iis rex, Quid hoc rei est? Dicunt, Domine noster rex tu nosti agrum, quem nobis tradidisti, quod ab initio nihil ex eo collegisti. Et nunc cum eum stercoraverimus, laverimus, & aquis rigaverimus, non collegerunt ex eo nisi eorum unum tritici solum. Sic dicturi sunt Israelitæ coram Sancto Benedicto Deo, Domine mundi, tu nosti, quod concupiscentia mala nos seduxerit, sicut dictum est, *d Ipse enim novit fabricam nostram.* Et provinciam odio habeto. Nempe docens non debere hominem cum intentione dicere, Dilige sapientiam, & sapientes odio habeto; dilige discipulos, & popululos terræ odio habeto. At odio habeto Epicureos, & seductores & expulsores. Et sic docent traditiones. Et sic David dicit, *f Osores tui Jehovah odi, & in te insurgentes dolore afficior: odio perfecto eos odi, sunt mihi ut inimici.* Annon ipse dixit, g *Et vicinum tuum sicut teipsum diliges,*

b Prov. 25 21, 22.

c Heb. e nomine furis vel profuit.

d Psal. 103.

f Psal. 139. 21, 22.

g Lev. 19 18.

ego enim sum Jehovah, qui video illud, sive opus tecum faciat sive non, si nihilominus eum diligas. R. Simeon filius Eleazaris dixit, *b* In tempore magno dictum est hoc verbum, *Et vicinum tuum sicut teipsum diliges, Ego sum Jehovah.* Quando hoc video, si eum diligas, ego fidelis sum mercedem bonam tibi daturus: si non, judex ego sum, qui ulciscar.

b Forsan insesto aliquo solenni textus hic legebatur. Vel, in tempore exaltationis verbum hoc dicendum est.

Finis Capitis.

Cap. XVII.

RAbbi Jose dixit, Sint opes socii tui tibi non minus charæ, quam tuæ. Nempe, quo tempore discipulus sapientum ad te veniens dicat, Lege mihi, si fit. *c* tibi quod legas, lege illi: si non fit, statim dimitte eum, neq; opes ejus ab eo auferto, sicut dictum est, *d* *Ne dicas, Abi, & redi, & cras dabo, si tecum sit, quod det.* Paratos te ad legem discendam, non enim illa tibi jure hæreditario obtingit. Nempe, quo tempore vidit Moses Doctor noster non esse inter eos legem quæ successorem ei in principatu constitueret, texit se, & stans in oratione coram eo dixit, Domine totius mundi, indica mihi, quis ingressurus, & egressurus sit in capite populi hujus, sicut dictum est, *f* *Et locutus est Moses ad Jehovam dicendo, Constituat Jehovah Deus spirituum omnis carnis virum super congregationem, qui coram iis egrediatur, & ingrediatur.* Dixit Sanctus Benedictus Deus Mosi, Abi, & constitue illi interpretem, & inquire coram te in capite magnatum Israelis. Ea hora dixit Moses Jehoshuæ, Jehoshuah, quod ad populum istum quem ego tibi trado, non nisi hœdos & agros tibi trado, imo agnellos solos tibi trado. Hucusq; mandatis operam non dederunt. Hucusq; ad hircos non attigerunt, sicut dictum est, *g* *Si nescis, fœminarum pulcherrima, vestigia gregum persequere, & hœdos tuos*

c Heb. in manu tua.

d Prov. 3. 28.

f Num. 27. 16, 17.

g Cant. 1. 8.

juxta

juxta pastorum temporia pascit. Tempore quodam in platea ambulabat R. Johannes filius Zachæi. Vidit puellam quandam, quæ hordea sub pedibus jumentorum Arabicorum colligebat. Dixit illi, Cujus es tu filia? Siluit illa. Iterum dixit, cujus es tu filia? Siluit ea. Tandem dixit ea illi, Expecta me. Texit se pilis suis, & sedens coram eo dixit illi, Filia sum Nicodemi filii Gorionis. Dixit ei, Filia mea, ubi igitur sunt opes patris tui? Dixit illi, Domine, *b* nullæ sunt, sicut Hierosolymis in proverbio dicunt, Sal divitiarum est *c* diminutio. *d* At dicito de ea, Eleemosyna. Dixit ei, Ubi est domus soceri tui? Dixit ea illi, Domine, venit hic, & periit ille. Eo tempore dixit magister noster Johannes filius Zachæi discipulis suis, per totam vitam meam legi scripturam illam, *f Si nescis, ubi pulcherrima fœminarum, exito, persequere vestigia ovium*, nec quid in ea scriptum sit, intellexi, donec veni hodie, & dixi, quod scriptum est obnoxios esse Israelitas populo populorum infimo. Rursus dixit ea illi, Domine recordare, ut scripturam meam obsignes. Dixit ei, Sic faciam. Dixit discipulis suis, Per cultum Dei, ego scriptum puellæ hujus obsignavi. Et *g* occurrebant in eo mille millia denariorum aureorum e denariis sculptis. A diebus domus paternæ hujus puellæ non sunt ingressi e domibus suis in domum sanctuarii *h* donec se illi separarent. Res quæ alteri puellæ evenit, quæ captiva abducta fuit, cum decem ancillis suis. Cepit eam autem Græcus quidam; cum pubesceret, venienti in *k* domum ejus die quodam dedit illi amphoram dicens, Exito, & aquam mihi afferto. Astitit una ancillarum suarum, eamq; ab illa abstulit. Dixit ille, Quid hoc rei est? Dixit *l* ea illi, Per vitam capitis tui Domine, ego una fui e quingentis ancillis matris hujus puellæ. Cum verba ejus audivit, eam cum decem ancillis *m* liberam emisit. Res altera, quæ puellæ alteri accidit captivæ abductæ, quam cepit Græcus quidam. Quæ cum pubescere

b Heb. non sunt.
c i. eleemosyna, quæ diminuuntur opes.
d Videntur hæc verba Rabbini esse ancillæ verba corrigentis, & חסר diminutionem in חסד Eleemosynam mutantis.
f Cant. 1. 8.

g Vel, legebant.
h Vel, donec acervum illi separarent. i. dum hi totum acervum sacris usibus destinarunt.
k Heb. medium domus.

l Non puella, sed ancilla ejus.
m Heb. in filiam liberorum vel nobilium.

ſceret, & in domum ejus veniſſet, venit quidam illi in ſomnio dicens, Ejicito puellam hanc e domo tua. Dixit ei uxor ejus, Non ejicies eam. Rurſus venit illi in ſomnio dicens, Si eam non ejicias, ecce ego te cum illa interficiam. Sic eam ejecit, & poſt eam ambulans dixit, Ibo & videbo, quis erit finis hujus puellæ. Illa in via ambulans ſitiit, & aquam ut biberet, deſcendit. Quando manum ſuam parieti appoſuit, exiit contra illam ſerpens, eamq; momordit. Inde mortua *b* ſuper aquas fluctuabat. Ille deſcendens accepit illam, & extractam ſepelivit. Deinde rediens uxori ſuæ dixit, Populo huic, quem vides, nemo iraſcitur *c* niſi pater eorum cœleſtis. Opera etiam tua univerſa propter Deum ſint. Sicut dictum eſt, *d In omnibus viis tuis cum agnoſce, & ille vias tuas diriget.* Rabbi Simeon dixit, Eſto cautus in recitatione, Audi, & in precatione. Et cum oraveris, ne facito precationem tuam querelam, ſed miſericordiarum petitionem coram Sancto Benedicto Deo. Sicut dictum eſt, *e Quia Deus miſericors, & gratioſus eſt ille, longanimis, & multus miſericordia, & de mala pœnitens.* R. Eleazar dixit, Vigilans eſto, ut legem diſcas, ut habeas, quod reſpondeas Epicuro. *g* Et rem aliam in lege *diſce* quæ oblivioni danda non eſt, cognoſce coram quo labores, quis ſit dominus fœderis tui.

b Heb. ſuper facies aquarum.

c Hæc mala illis e Dei ſolius ira eveniunt.

d Prov. 3. 6.

e Joel. 2. 13.

g Vel, & hæc res una eſt in lege, quæ, &c.

Finis Capitis.

Cap. XVIII.

EX oppoſito eorum fuit R. Jehudah princeps ponderans laudem ſapientum R. Tarponis, R. Aqibæ, R. Eleazaris filii Azariæ, R. Johannis, & R. Joſe Galilæi. R. Tarponem acervum lapidum vocavit. Sunt autem qui dicant, Acervum nucum. Quando accipit

quis

quis unam ex iis, omnes tinniunt, & hæc ad illam accedit. Huic rei similis est R. Tarpon. Quo tempore discipulus sapientum ad eum ingreditur, & dicat ei, Lege mihi, adducit ei scripturam, aut Mishnam, expositionem, consuetudines, aut Hagadoth, *ita ut* quando ab illo exeat, plenus est benedictione, & bono. R. Aqibam vocavit thesaurum clausum. Cui similis est R. Aqiba? Operatori, qui accipiens baculum suum foras abiit. Triticum inveniens reliquit, similiter & hordeum, nec non speltam, fabas etiam, & lentes. Quando domum suam ingressus est, triticum seorsim purgavit, ut & hordeum, & speltam, fabas, & lentes. Sic fecit R. Aqiba, qui totam legem fecit *b* circularem. R. Eleazarem filium Azariæ capsulam Apothecariorum vocavit. Cui igitur similis fuit R. Eleazar? Apothecario qui capsulam accipiens in provinciam abiit. Venerunt autem filii provinciæ, & dixerunt ei, Estne tibi oleum bonum? Estne balsamum? Sic fuit R. Eleazar filius Azariæ. Quo tempore ingressi sunt ad illum discipuli sapientum, si quis de scriptura, Mishna, expositione, consuetudinibus, aut Hagadoth eum interrogasset, quando ab eo exiit, plenus fuit bono, & benedictione. In tempore senectutis R. Jehoshuæ ingressi sunt discipuli ejus ab inquirendum ab eo. Dixit iis, Filii mei, Quid nopti vobis in schola? Dixerunt illi, Discipuli tui nos sumus, & ex aquis tuis bibimus. Dixit iis, Absit, quia si sic generatio in qua sabbatum alicujus perfectum fuerit, sabbatum erit R. Eleazaris filii Azariæ. Dixit iis, Quemodo fuit historia? Dixerunt illi, Populum, viros, feminas, & pueros congregavit. Dixit iis, Quid eum exposuit? Dixerunt illi, Sic exposuit, Viri veniunt ut discant, feminæ, ut audiant. Pueri autem cur veniunt? Scilicet, ut accipiant in se mercedem adventus sui. Et rursus dixit iis, Margaritæ bona fuit in manibus vestris, & eam a me perdere conati estis, si tantum venistis, ut audiretis. Hæc erat res quam ei

b Heb. circulos circulos vel, sigillatum.

dixerunt. Et præterea, exposuit ibi *textum illum,*
b Eccl. 12. 11. *b Verba sapientum sunt ut stimuli, & ut clavi infixi a magistris cœtuum.* Quid est stimulus? Quod juvencam in sulcis suis dirigit. Sic verba legis hominem in viis vitæ dirigunt. Aut quid est stimulus? Quod movere *bovem* facit. Sic verba legis movere faciunt.
c *Vel, Duæ significationes. Stimuli sc. in præcedentibus. vel, Laus Deo.* c Discas dicere. Et sicut clavi infixi. Quid est infixi? Eradicari non possunt. Etiam verba legis non eradicantur. Magistri cœtuum sunt discipuli sapientum, qui
d *Heb. collecti collecti.* ingressi sedent *d* singuli cum collegis suis. Hi ligant, illi solvunt. Hi pollutum, illi purum pronuntiant. Hi prophanum, illi rectum pronuntiant. *Dices forsan.* Sedebo, sed non discam. Discas dicere, *Dantur ab uno*
f Eccl. 12. 11. *pastore.* Deus unus fecit illum, & pastor unus dedit ea, Dominus omnium factorum dixit ea. Tu etiam fac autem tuam aqualiculum, & illic collige verba ligantium, solventium, purgantium, & rectificantium. Et R. Johannem filium Nuri arcam constitutionum vocavit. Et R. Jose Galilæum *vocavit* colligentem pulchre sine occupatione spiritus, qui in se comprehendit mensuram sapientum e monte Sinai, & in quo est tentorium omnium sapientum Israelis. Isæus filius Jehudæ dixit, Sapientibus nomina indidit R. Meiri sapientis, scribæ R. Jehudæ, sapientis. R. Eleazari, Cabi, ejusq; puri R. Jose, Expositionis ejus cum ipso, & R. Johanni filio Nuri, Arcæ constitutionum nomen indidit. R. Jose Galilæo colligentis pulchre, pulchre, *inquam,* sine ocupatione spiritus. R. Simeoni filio Gamalielis, hospitii pleni purpura bona. R. Simeoni, Legentis multum, & parvum obliviscentis. Postea invenit R. Simeon Isæum filium Jehudæ, & dixit ei, Quare tu verba mea oblocutus es in conspectu discipulorum sapientis? Dixit illi, An quia de te dixi, quod legens parum obliviscaris? At quæ obliviscaris, hæ fures sunt lectionis tuæ.

Finis Capitis.

CAP.

Cap. XIX.

R Abbi Aquiba filius Mahaleelis dixit, *b* Quicunq; quatuor *hæc* cordi suo apponit, amplius non peccabit. *Sc.* unde homo venerit, & quo tendat, & quid futurus sit, & quis judex ejus sit, *sc.* Rex regentum reges Sanctus Benedictus Deus. R. Simeon dixit, Sicut venit e loco tenebricoso, ita in locum tenebricosum redibit. Venit e gutta fœtida, e loco *c* cui similem oculus non vidit. Et quid futurus sit. Pulvis, vermis, & vermiculus. Sicut dictum est, *d Quanto minus homo, qui vermiculus est.* In vita sua *sc.* & filius hominis, qui vermis est. In morte sua sc. Quis est vermis iste in vita ejus, *f* ut homo vermis sit? Hic qui vermes producit in morte ejus. R. Simeon filius Eleazaris dixit. Parabolam tibi proponam. Cui similis est hæc res? Regi qui ædificavit palatium completum, per quod fossa coriariorum transivit, quæ creidit juxta portam ejus. Quicunq; præterit, aut redit, dixit, Quam pulchrum, & laudabile est palatium hoc, nisi fossa coriariorum per medium ejus transiret? Huic rei similis est homo. Et quid si nunc e fonte fœtido exeant? Nihilominus cæteras creaturas excellit. Si educat quis e fonte olei boni ballamum, quanto magis præ creaturis exaltabitur? Quando ægrotus fuit R. Eleazar, ingressi sunt discipuli ejus, ut ab eo inquirerent, & coram eo sedentes dicebant, Domine doce nos rem aliquam ex iis, quæ nos docuisti. Dixit *g* ei, Quid vos docebo? Exite, & quisq; de honore socii sui cauti estote. Et quo tempore oratis, cognoscite coram quo orantes statis, ut hoc modo vitam seculi futuri obtineatis. Dixit R. Eleazar filius Azariæ, Quinq; a R. Eleazare didicimus; in quibus gavisi sumus plus quam in aliis, quæ in vita

b Tria sola in Pirke Aboth memorantur, hic quartum sc. quid futurum sit.

c Heb. cui non est similis oculus videre.

d Job. 25. 6.

f Heb. & sic homo vermis.

g Qui cæterorum nomine locutus esse.

vita noſtra acciderunt. Hæc ſunt, orbis, ſphæra, b terrores, c amuletum, & d precatio lacerationis, quæ nos informat quæ illa fuit. Solliciti eſte de iis, & eas tabulæ infigite, ut conſtitutiones fixæ ſint, ac ſi Moſi in Sinai dicta eſſent.

b Quinq; terrores ſunt, in quibus infimus terrori eſt fortiori, animal parvum יַעְנָה (forſan Gallus) terrori eſt leoni, muſca elephanto, aranea ſcorpioni, hirundo aquilæ, vibix (vermis aquatilis) balænæ. Shabbath, fol. 77. 2.

c Membrana cartis characteribus notata valetudini, vel ſingularis fortunæ cauſa collo vel pectori appenſa. Buxt. Lex. Chald. Talm. Rab. in voce קמע.

d Quæ cum laceratione veſtium dicta fuit.

Finis Capitis.

Cap. XX.

RAbbi Hananiah præfectus ſacerdotum dixit, f Quiccunq; verba legis cordi ſuo indit, ea ab illo ceſſare facient cogitationes belli, famis, ſtultitiæ, ſcortationis, concupiſcentiæ pravæ, hominis mali, verborum otioſorum, iniquæ carnis & ſanguinis. Sic enim in libro Pſalmorum ſcriptum eſt g per Davidem, h *Statuta Jehovæ recta ſunt cor lætificantia: præceptum Domini purum eſt oculos illuminans.* Quiccunq; autem cordi ſuo verba legis non indit, ei afferunt cogitationes belli, famis, ſtultitiæ, ſcortationis, concupiſcentiæ pravæ, mulieris pravæ, verborum otioſorum, iniquæ carnis & ſanguinis. Sic enim ſcribitur in Deuteronomio per Moſen magiſtrum noſtrum, k *Et erunt in te in ſignum, & in miraculum, & in ſemen tuum, quia Jehovæ Deo tuo in gaudio & lætitia cordis præ rerum omnium abundantia non ſerviviſti, idcirco inimicis tuis ſervies, quos in te mittet Jehovah, in fame, ſiti, nuditate, & rerum omnium defectu.* In fame. Nempe quo tempore deſiderat quis fruſtum hordei comedere, at non inventum eſt. Inimici ejus, ab eo requirunt l fruſtum purum, & carnem pinguem. Et in ſiti. Nempe cum deſi-

f Alia, non hoc, ex aſcribuntur in Pirke Aboth c. 3. ſ. 2.

g Heb. manibus Davidis.

h Pſal. 19. 8.

k Deut. 28. 46. &c.

l Cum non habeat, quod neceſſitati ſuæ ſatisfaciat, hoſtis lauta requirit.

desiderat quis bibere gustum siceræ, at eo non invento hostes ab illo vinum laudabile requirunt. Et in nuditate. Nempe quando venit homo ut indusium lanæ vel lini indueret, & eo non reperto inimici ejus ab eo requirunt fericum, & byssum, quæ sunt in omnibus provinciis. In rerum omnium defectu. Sine lucerna, sine cultro, sine mensa. Alia interpretatio. In defectu rerum omnium. Sine *b* aceto, & sale. Hæc fuit maledictio, qua maledicere soliti sunt homines, Ne sit tibi acetum aut sal in domo tua. Ille dixit, *c Ne aspicite me, quod nigra sim, quia sol me aspexit.* Hæ sunt omnes filiæ in Judæa, quæ jugum Sancti Benedicti Dei a se fregerant, & regem carnis & sanguinis super se regnare fecerant. Alia interpretatio. *d Filiæ matris meæ mihi iratæ fuere.* Moses qui Egyptium occidit, sicut dictum est, *f Evenit autem in processu temporis, cum adoleverat Moses, ut exiret ad fratres suos, & onera eorum aspexit.* Huc autem, & illuc aspiciens, cum neminem vidisset. Quid inde discis dicere, quod nemo homo fuit? Docet quod Moses *g* ei assessores habuit angelos ministerii quasi in Synedriis, & dixit iis, Hunc interficiam. Dixerunt illi, Interfice. An gladio illum interfecit? Annon verbo eum interfecit, sicut dictum est, *h An dicis te me interfecturum, sicut Ægyptium interfecisti?* Docens, quod *k* nomine eum interfecit. Alia interpretatio. Filii matris meæ mihi irati sunt. Hic est Moses, qui fugit Midianem, sicut dictum est, *l Et de hac re audivit Pharaoh, & Mosen interficere quæsivit. Et fugit Moses a facie Pharaonis*, & in terra Midianis habitavit, & juxta *puteum sedit. Et venerunt pastores, & eas abegerunt, & Moses surgens servavit eas, & gregem aquavit.* Venit Moses & juxta eos in judicio sedit, illisq; dixit, Consuetudo est mundi, ut homines *vasa* implerent, & fœminæ potum darent; at *hic* fœminæ extrahunt, & viri potum dant. Perversio judicii hic est. *m* Qui in judicio rei sunt, pro tempore rei sunt. Et sunt qui dicant. Toto tempore, quo Moses super marginem putei sedebat,

b Vel sermone.

c Cant. 1. 6.

d Cant. 1. 6.

f Additur hic רבים *ex* Exod. 3. 3. *Cætera extant in* v. 11, 12.

g Heb. sedere fecit sibi Synedria angelorum, &c.

h Exod. 2. 12.

k Eum nominando, vel, verbo, vel Dei ope.

l Exod. 2. 15, 17.

m Aliis temporibus aut locis rei non sunt.

aquæ fluebant, & ascendebant in occursum ejus, & quando reversus fuit, aquæ etiam retro versæ sunt. Eo tempore dixit, Væ mihi, quia reliqui populum meum, & cum populis mundi habitare veni. Interpretatio alia. Filii matris meæ mihi irati sunt. Hi sunt filii Israelis, qui vitulum fecerunt. Qui in initio dixerant, *b Quodcunq; dixerit Jehovah, faciemus, & audiemus*, hi retroversi dixerunt, *c Hi sunt dii tui Israel.* Interpretatio alia. Filii matris meæ mihi irati sunt. Hi sunt terræ exploratores, qui famam malam super terram protulerunt, & occasionem Israelitis dederunt, qua cadavera eorum in eremo ecciderunt, sicut dictum est, *d In hoc deserto cadent cadavera vestra. Me fecerunt vinearum custodem.* Dixit Sanctus Benedictus Deus, Quis mihi occasionem dedit populis mundi benefaciendi, nisi Israel? Quia quandocunq; populi mundi in bonitate habitent, hi depulsi, objurgati, & deportati sunt. Interpretatio alia. *f Me fecerunt vinearum custodem.* Hi sunt Israelitæ Babelem captivi abducti. Surrexerunt contra eos prophetæ, qui inter illos fuere, & dixerunt illis, Separate oblationes, & decimas. Dixerunt iis, Omnes nos ipsi non captivi abducti fuissemus e terra nostra, *g* nisi donec oblationes, & decimas non seperavimus. Et nunc vos nobis dicitis, Separemus oblationes, & decimas.

b Deut. 5. 27.
c Exod. 32. 4.
d Deut. 14, 32.
f Cant. 1, 6.
g Vel, nisi ideo quia non separavimus.

Finis Capitis.

Cap. XXI.

b Desist, hominem e mundo extrudunt. vid. Pirke Aboth. c. 3. *s.* 10.

Rabbi Dosa filius Harchinæ dixit, Somnus matutinus & vinum in meridie. *b* Somnus matutinus, &c. Nempe docent, non debere hominem se ad somnum præparare, donec super eum præterierit tempus

pus lectionis, *b* Audi, quia *c* quocunq; tempore præteriit ſuper eum tempus lectionis, Audi, ceſſans a lege reperitur, ſicut dictum eſt, *d Sicut oſtium ſuper cardines ejus vertitur, ſic piger ſuper lectum ſuum.* *f* Dicit piger, *Leo in via, leo in plateis.* Vinum in meridie. Nempe docens non debere hominem ſe diſponere ad vinum in meridie bibendum. Sic reperietur ceſſans a tota lege univerſa, ſicut dictum eſt, *g Væ tibi terra, cujus rex infans eſt, & hujus principes mane comedunt.* Dictum eſt etiam, *Beata tu terra, cujus rex filius eſt nobilium*, &c. At quando eſt hoc tempus, dicito futurum eſſe, ſicut dictum eſt, *h Ego Jehovah tempore ſuo illud feſtinabo.* Et dictum eſt, *k Juxta hoc tempus de Jacobo & Iſraele docetur*, &c. Sic dixit Sanctus Benedictus Deus Bileamo, Juxta hoc tempus, non in hoc tempore. Juxta tempus, quo tu ſtas in medio eorum, non juxta tempus, quo Iſraelem ego ſum redempturus. *l* Confabulatio puerilis. Nempe docens, non debere hominem cum uxore ſua, filiis aut filiabus colloqui, cum in domo ſua legit. *Secus* ceſſans in lege reperietur, ſicut dictum eſt, *m Et liber hic legis non recedet ex ore tuo, ſed in eo die & nocte meditaberis.* *n* Et confeſſus in cœtibus populi terræ. Nempe docens, non debere hominem cum ſedentibus in angulis viarum in platea ſedere, ne ceſſans a lege reperiatur, ſicut dictum eſt, *p Beatus vir, qui non ambulat in conſilio improborum.* R. Meir dixit, Et quid diſcas dicere *ex illis verbis*, & in ſede deriſorum non ſedit? Hæc ſunt theatra deridentium, in quibus judicant judicia *q* vitæ & necis, ſicut dictum eſt, *r Odi congregationem male agentium, neq; cum improbis ſedebo.* At non ſunt male agentes, niſi improbi, ſicut dictum eſt, *ſ Nam male agentes excindentur.* Et quæ eſt vindicta eorum? In tempore futuro, ſicut dictum eſt, *t* Ecce enim venit dies ardens ut furnus, & erunt *omnes ſuperbi, & male agentes ſtipula.* At non ſunt ſuperbi niſi deriſores, ſicut dictum eſt, *x Superbus, arrogans deriſor nomen ejus.* Res quæ accidit R. Aqibæ, quando ſedebat, & legebat diſci-

b Solebant mane & veſperi legere illud Deut. 6. 4 Audi Iſrael eſt

c Otioſus eſt, qui id mane dormiens non legerit.

d Prov. 26.14.

f Prov. 26.13.

g Eccl. 10. 16, 17.

h Iſa. 60. 22.

k Num. 23. 23.

l Hæc etiam ſunt verba R. Doſæ. vid. Pirke Aboth c 3 ſ. 10.

m Joſh. 1. 8.

n Sunt, & hæc verba R. Doſæ.

p Pſal. 1. 1.

q Heb. animarum ad interficiendum.

r Pſal. 26. 5.

ſ Pſal. 37. 9.

t Mal. 4 1.

x Prov. 21, 24.

discipulis suis, & in memoriam ejus venit, quid juventute sua fecerat. Dixit, *b* Gratias ago tibi, Jehovah Deus, qui portionem mihi dedisti inter eos qui in schola sedent, & non inter eos qui sedent in angulis viarum in platea.

b Heb. Confitebor coram te.

Finis Capitis.

Cap. XXII.

RAbbi Hananiah filius Dosæ dixit, Cujuscunq; timor peccati sapientiam ejus anticipat, sapientia illius stabilis est, sicut dictum est, *c Initium sapientiæ est timor Domini.* Ille dixit, Cujuscunq; opera excedunt *d* &c. sicut dictum est, *f* Faciemus, & audiemus. Dixerunt coram R. Johanne filio Zachæi, Sapiens & peccatum timens, quid hoc est? Dixit iis, Ecce hic est artifex, qui instrumenta artificii sui in manu sua habet. Sapiens & non timens peccatum, quid hoc est? dixit iis, Ecce hic est artifex, qui instrumenta artificii sui in manu sua non habet. Timens peccatum, nec sapiens tamen, quid hoc est? Dixit iis, Non est hic artifex sed habens duntaxat artificii sui instrumenta in manu sua. R. Eleazar filius Azariæ dixit, Si non est lex, non est mos terræ *g* &c. Ille dixit, Homo in quo sunt opera bona, & qui legem *h* copiose didicit, cui rei similis est? Arbori juxta aquas consitæ, cujus rami pauci sunt, & radices multæ: forsan quatuor venti in mundo venientes in eam flant, quam tamen e loco suo non movent sicut dictum est, *k Et erit sicut arbor plantata juxta rivos aquarum.* Homo qui non habet in se opera bona, qui tamen legem didicit, cui rei similis est? Arbori in deserto stanti, cujus rami multi sunt, & radices paucæ. Quando ventus in eam flat, eradicat eam, & super faciem illius eam prostrat, sicut

c Prov. 9 10.
d Cætera vid. in Pirke Aboth. c. 3. f. 9.
f Exod. 24. 7.
g Cætera vid. in Pirke Aboth. c. 3. f. 17.
h Heb. multum.
k Psal. 1. 3.

ſicut dictum eſt, *b Et erit ſicut myrica in deſerto, &c.* Magiſter noſter Gamaliel dixit, *c* Para tibi magiſtrum, & ſocium tibi acquire. Magiſtrum, ut ſapientiam obtineas, & ſocium, ut diſcas. Et a re dubia abſtine, neq; multiplica æſtimationes ſuper decimis. Simeon filius ejus dixit, Omnibus diebus meis inter ſapientes educatus ſui, neq; quicquam homini ſilentio melius inveni. Si ſapientes ſilentium deceat, quanto magis imperitos? Sapientia verba non affert, neq; verba ſapientiam, ſed opus. Quicunq; multiplicat verba, peccatum inducit, ſicut dictum eſt, *d In multitudine verborum non deeſt peccatum.* Dictum eſt etiam, *f Etiam ſtultus ſilens ſapiens reputatur.*

b Jer. 17. 6.
c Heb. Fac.
d Prov. 10. 19.
f Prov. 17. 28.

Finis Capitis.

Cap. XXIII.

FIlius Zomæ dixit, Quis eſt ſapiens? Qui a quovis homine diſcit, ſicut dictum eſt, *g Ab omnibus me docentibus ſapientiam didici.* *h* Quis injuria maxime affectus eſt? Ille qui injuria afficitur, ſicut Moſes Magiſter noſter, ſicut dictum eſt, *k Et vir Moſes valde affictus fuit.* Quis ditiſſimus? Qui portione ſua lætatur, ſicut dictum eſt, *l Manuum enim tuarum laborem comedes, beatus eris, & bene tibi erit.* Quis fortiſſimus? qui concupiſcentiam ſuam ſubjugat, ſicut dictum eſt, *m Melior eſt tardus ad iram potente, & in ſpiritum ſuum dominium exercens urbem capiente.* Et quicumq; concupiſcentiam ſuam ſubigit, æſtimant eum, acſi urbem plenam ſapientum cepiſſet, ſicut dictum eſt, *n Sapiens in urbem fortium aſcendit.* At non ſunt fortes, niſi fortes in lege, ſicut dictum eſt, *p Fortes robore verbum ejus facientes.* Et ſunt qui dicant, Angeli miniſterii, ſicut dictum eſt, *q Jehovam Angeli ejus.* Et ſunt qui

g Pſal. 119. 99.
h Heb. Quis injuria affectus eſt inter injuria affectos?
k Num. 12. 3.
l Pſal. 128. 2.
m Prov. 16. 32.
n Prov. 21. 22.
p Pſal. 103. 20.
q Pſal. 103. 20.

qui dicant, Ille qui facit oſorem ejus amicum ejus. R. Nehoræus dixit, Ad locum legis commigra, &c. Ille dixit, Hominem nullum deſpice, ſicut dictum eſt,
b Prov. 13.13. *b Verbum deſpiciens, deſtruetur; at mandatum metuens, remunerabitur.* Ille dixit, Qui legem in juventute ſua diſcit, cui ſimilis eſt? Juvencæ ſubjugatæ, cum parva fuit,
c Hoſ. 10. 11. ſicut dictum eſt, *c Ephraim juvenca eſt edocta granum pedibus excutere diligens.* At qui legem in ſenectute ſua diſcit, ſimilis eſt vaccæ nonniſi in ſenectute ſubjugatæ,
d Hoſ. 4. 18. ſicut dictum eſt, *d Ut vacca retrograda retrogreditur Iſrael.* Ille dixit, Qui legem in juventute ſua diſcit, ſimilis eſt mulieri, quæ aqua calida depſit. Qui autem legem in ſenectute diſcit, ſimilis eſt mulieri, quæ aqua frigida depſit. R. Eleazar filius Jacobi dixit, Qui legem in juventute diſcit, ſimilis eſt ſcripto in charta nova: qui autem eam in juventute diſcit, ſimilis eſt ſcripto in charta vetere. Magiſter noſter Simeon filius Gamelielis verbis ejus addidit, Qui legem in juventute ſua diſcit, ſimilis eſt juveni, qui virginem duxit, quæ ei convenit, & ille illi. Et illa ad eum cadit, & ille ad eam. Qui legem in ſenectute diſcit cui ſimilis eſt? Seni qui virginem duxit. Illa ei convenit, ſed ei ille non convenit. Illa ad eam cadit, & ille ab ea ſe longe
f Pſ 1.127.4,5. removet, ſicut dictum eſt, *f Ut ſagittæ in manu potentis, ſic filii juventutis.* Et poſtea ſcribitur, *Beatus vir, qui pharetram iis* plenam habet. Legens, & oblivioni dans, ſimilis eſt mulieri, quæ filios parit & ſepelit, ſicut di-
g Hoſ. 9. 12. ctum eſt, *g* Quod ſi filios ſuos educaverit, priva-
h Vel, ut non ſit homo relictus. boeos, *h* ne ſint homines. Ne legas, *Privabo eos,* ſed *Obliviſcar eorum.* R. Simeon filius Eleazaris dixit, Qui legem in juventute ſua diſcit, ſimilis eſt medico, cui morbus repræſentatur, habetq; penes ſe ſcalpellum, quo incidat, & medicamenta ſanationi deſignata, quo illum ſanet. Qui legem in ſenectute diſcit, ſimilis eſt medico, cui morbus repræſentatur, habetq; penes ſe ſcalpellum, quo incidat, at medicamenta ſanationi deſtinata non habet. Sic etiam verba legis alterum ex

altero

altero & alterum ex adverſo alterius tibi deſignant. Sicut dictum eſt, b *Liga ea ſuper digitos tuos, ſcribe ea ſuper tabulam cordis tui.* b Prov. 7. 3.

Finis Capitis.

Cap. XXIV.

Eliſha filius Abuiæ dixit, Homo in quo ſunt opera bona, & qui legem copioſe didicit, cui ſimilis eſt? Homini, qui lapidibus inferius, & poſtea lateribus ædificat. Forſan veniunt aquæ multæ, & juxta eos ſtantes eos e loco ſuo non movent. At homo in quo non ſunt opera bona, & tamen legem didicit, cui ſimilis eſt? Homini qui lateribus inprimis, & poſtea lapidibus ædificat. Forſan veniunt aquæ paucæ, & eos ſubvertunt. Ille dixit, Homo in quo ſunt opera bona, & qui legem copioſe didicit, cui ſimilis eſt? calci qui lapidibus illinitur. Forſan ſuper eam cadunt imbres, eam tamen e loco ſuo non movent. Homo in quo non ſunt opera bona, & qui legem copioſe didicit, ſimilis eſt calci, quæ lateribus illinitur. Forte imbres pauci ſuper eam deſcendunt; ſtatim diſſipatur, & cadit. Ille dixit, Homo in quo ſunt opera c *bona* & qui legem copioſe didicit, poculo ſimilis eſt, quod operculum habet quod quando e manu ejus quis dimittit, etiamſi ſuper latus ejus d non vertatur, quicquid in eo eſt, non effunditur. At homo in quo non ſunt opera bona, & qui legem copioſe didicit, ſimilis eſt poculo abſq; operculo, quod quando manu ſua quis dimittit, ſtatim ſuper latus ejus vertitur, & quicquid in eo eſt, effunditur. Ille dixit, Homo in quo ſunt opera bona, & qui legem copioſe didicit, ſimilis eſt equo, qui habet inſtructuram decoram. At homo, in quo non ſunt opera bona, qui tamen legem copioſe didicit, ſimilis eſt

c *Exprimitur in cod. Baſil.*

d *Forſan* לא *non iſtic redundat.*

est equo, qui frænum non habet, quo restringatur. Qui cum quis eo vehi velit, *b* confestim eum dejicit simul, & disjicit. Ille dixit, Qui legem in juventute sua discit, verba legis in sanguinem ejus absorpta transeunt, & ex ore ejus explicata exeunt. At qui in senectute legem discit, verba legis in sanguinem ejus non absorpta transeunt, neq; ex ore ejus explicata exeunt. Sic adagio vulgari dicitur, Si in juventute tua saltare non didicisti, in senectute tua rerum istarum peritiam non assequeris. Ille dixit, Difficile est verba legis sicut vasa aurea obtinere, at facile est ea perdere, sicut vas vitreum, sicut dictum est, *c Aurum, & argentum ei æqualia non sunt.* Aurum vitro assimilat. Quid est vas aureum, cum fractum fuerit? Restaurari potest. At nullum vas vitreum fractum restaurari potest, sed hoc posito ad *d* statum suum primum redit. Et quid ego confirmo ex illis verbis, *f Et permutatio illius pro vasis auri puri*? Dicam tibi. Quicunq; in *g* iis operatur, eaq; *h* confirmat, facies ejus, ut aurum, fulget. Quicunq; autem in iis operatur, & ea non confirmat, facies ejus, ut vitrum, nigrescit. Ille dixit, Potest homo viginti annorum spacio legem discere, eamq; duorum annorum spatio obliviſci. Nempe *k* sedens sex menses & se non revocans, immundum mundum, & mundum immundum vocabit. Post duodecim menses si se non revocaverit, initia tractatuum ejus obliviscetur. Post viginti quatuor menses, si se non revocaverit, initia capitum oblivioni dabit. Et propterea quod immundum mundum, & mundum immundum vocavit, & sapientem in insipientem mutavit, & tractatuum capitumq; suorum initia oblitus est, finis erit, ut sedeat silens, & de eo dicit Solomon, *l Per agrum viri pigri transivi, & juxta vineam hominis corde carentis. Et ecce tota spinis obruta fuit, & urticæ faciem ejus texerant, & murus ejus lapideus dirutus fuit.* Quando cecidit vineæ paries, statim vastatur tota vinea universa. Ille dixit, *m* Quicunq; mandatum in socii commodum exequitur, de

b Heb. una vice.

c Job. 28. 17.

d Heb. ad creationem suam.

f Job 28. 17.

g Verbis legis sc. ut prius.

h Ea faciendo, Deut. 27. 26.

k Otiosus sc. in lege, & se a mundanis negotiis non revocans; ut e sequentibus patet.

l Prov. 24. 30, 31.

m Quæ in aliorum bonum Deo jubente facimus, in nostrum reducunt.

de eo æstimat scriptura, ac si in proprium commodum feciſſet. Parabola *indicans* cui hæc res ſimilis ſit. Regi e carne & ſanguine conſiſtenti, qui avem capiens unie ſervis ſuis illam commiſit, dicens, Cautus eſto de ave iſta. Quod ſi feceris, bene eſt. Si non *feceris*, ego animam tuam ea cauſa auferam. Sic dixit Sanctus Benedictus Deus Iſraeli, Verba legis quæ dedi ſi vos obſervaveritis, bene eſt. Si non *obſervaveritis*, ego animas veſtras ea cauſa auferam. Sicut dictum eſt, *b Tantummodo tibi caveto, & animam tuam diligenter ſervato, ne rerum earum quas oculi tui viderunt, obliviſcare. c Non enim leve eſt hoc vobis, eſt enim vita veſtra.*

b Deut. 4. 9.

c Deut. 32. 47.

Finis Capitis.

Cap. XXV.

Filius Azæi dixit, Cujuſcunq; ſententia in ſapientia ejus requiem invenit, hoc illi ſignum pulchrum eſt. At cujus ſententia in ſapientia ejus requiem non invenit, hoc illi ſignum pulchrum non eſt. Cujuſcunq; ſententia in *d* cogitatione ſua requieſcit, ſignum ei pulchrum exiſtit. At cujuſcunq; ſententia in cogitatione ſua non requieſcit, ſignum malum ei eſt. In quocunq; ſpiritus ſapientiæ requiem invenit in hora mortis ejus, ſignum pulchrum ei eſt. At in quocunq; ſpiritus ſapientiæ requiem non invenit, ſignum malum ei eſt. Cujuſcunq; facies ad ſuperna erecta eſt, ſignum pulchrum ei eſt. At cujuſcunq; facies ad inferiora dejecta eſt, ſignum malum ei eſt. Qui *f* oculos ejus ad homines adjicit, ſignum pulchrum ei eſt. Qui oculos ejus ad homines non adjicit, ſignum malum ei eſt. Cujuſcunq; facies ſplendida eſt, ſignum pulchrum ei eſt. Cujuſcunq; facies obſcura eſt, ſignum malum ei eſt. Quo tempore diſſolvendus erat [illegible]ctor noſter Johannes

d *Qui ſerio cogitat, priuſquam agat.*

f *Qui miſericors eſt.*

filius Zachæi, vocem ſuam extendens flevit. Dixerunt ei diſcipuli ejus, Rabbi confiſte, ſuperne lux æterna eſt. Tu qui *b* malleus firmus es, quare fles? Dixit iis, An eo ego, ut coram rege e carne & ſanguine conſiſtere apparerem, qui ſi mihi iratus eſſet, iræ ejus locus nullus niſi in hoc mundo futurus eſſet, & ſi me in vincula traderet, non niſi in hoc mundo me vinctum detineret: ſi me interficeret, non niſi in hoc mundo morerer: & quem præterea vel verbis placare, vel opibus corrumpere poſſem? Ecce non eo ego niſi ut coram rege regentium reges Sancto Benedicto Deo apparem, qui ſi mihi iraſcatur, *durat* ira ejus in hoc mundo, & in futuro. Et præterea quem neq; verbis placare, neq; opibus corrumpere potero. Deinde ſunt mihi viæ duæ, una ad hortum Edenis, altera Gehennam tendens, neq; ſcio, an me in Gehennam ſit detruſurus, an in hortum Edenis admiſſurus. Sic dicit ille, *c Coram eo incurvabuntur omnes, qui in pulverem deſcendant.* In Moſe dicit, *Et expiravit, & mortuus eſt*, & ad populum ejus congregatus. Dicit etiam, *d Et manum meam amovebo.* Et dictum eſt, *f Et expandit illud coram me, & ecce ſcriptum fuit intus & extra.* Intus, in hoc mundo. Et extra, ob mundum futurum. Expoſitio alia. Intus caſtigationes juſtorum in hoc mundo, & proſperitas improborum in hoc mundo. Et extra, donum mercedis juſtorum, quod futurum eſt, & vindicta in improbos in Gehenna. *g Et ei inſcriptæ fuere lamentationes, & cantus, & væ.* Lamentationes, & vindictæ in improbos. Sicut dictum eſt, *h Hæc eſt lamentatio, qua eam lamentabuntur, filiæ nationum eam lamentabuntur.* Et cantus. Hoc eſt donum mercedis juſtorum, quod futurum eſt. Sicut dictum eſt, *k Super decacordam, & ſuper nablium, & ſuper citharam cum ſono ſolenni.* Et væ. Hæc eſt vindicta in improbos in ſeculo futuro, ſicut dictum eſt, *l Deſtructio deſtructionem ſequitur, & rumor ad rumorem accedit.* *m* Ille dixit, Evacuate domum a ſordibus, & thronum *n* in Sancto parate. *p* Hic fuit Heze-

b Ita appellatur Berach. fol. 28. col. 2.

c Pſal. 22. 29.

d i. in lege, Gen. 25. 8. De Abrahamo enim non de Moſe hoc dictum eſt.

f Ezech. 2. 10.

g Ezech. 2. 10.

h Ezech. 32. 16.

k Pſal. 92. 3.

l Ezech. 7. 26.

m Filius Azæi ſc. de quo ſupra.

n Deo ſc. qui in corde impuro non vult habitare.

p Alludit ad 2 Chron. 29. 5.

Hezechiah rex Jehudæ. Ille dixit, Moriens in tranquillitate, ſignum bonum ei eſt. Moriens in perturbatione, ſignum malum ei eſt. In locutione, ſignum bonum ei eſt: In ſilentio, ſignum malum ei eſt. In verbis legis, ſignum bonum ei eſt. In negotio mercaturæ, ſignum malum ei eſt. In verbo mandati, ſignum bonum ei eſt. In verbo otioſo, ſignum malum ei eſt. In lætitia, ſignum bonum ei eſt. In dolore, ſignum malum ei eſt. In ridendo, ſignum bonum ei eſt. In flendo, ſignum malum ei eſt. Moriens in veſpere ſabbati, ſignum bonum ei eſt. In exitu ſabbati, ſignum malum ei eſt. Moriens in veſpere diei expiationum, ſignum malum ei eſt. In exitu diei expiationum ſignum bonum ei eſt. Quando ægrotavit R. Eleazar, dicunt diem illum veſperam ſabbati fuiſſe. Ingreſſus fuit R. Aqiba, & ſocii ejus ad inquirendum de eo, & ille dormivit in cubiculo ſuo. Illi autem ſedebant in triclinio ejus. Ingreſſus eſt Hircanus filius ejus, ut frontale ejus extraheret; at non permiſit eum, ſed flevit. Deprehendit Hircanus, & dixit ſapientibus, Domini mei mihi videtur ſenſum patris mei ablatum eſſe. Dixit ei, Fili mi, non eſt ablatus ſenſus meus, ſed ſenſus tuus ablatus eſt, qui lucernæ *b* accenſionem neglexiſti, cui rei mors a cœlo debetur, & circa frontale occupatus es, cui nil *c* præter captivitatem debetur. Quando viderunt ſapientes ſenſum ejus in eo manere, ingreſſi ſunt, & ſedebant coram eo ſemoti quatuor cubitos. Dixerunt ei, Rabbi, *d* Quando ſibi impoſuit *quis* orbem, & ſphæram, & terrores & amuletum, & precationes, ſiquid ex his lageretur, num pollutionem recipiunt? Dixit iis, Pollutionem recipiunt. Cavete de illis & tabulis inſcriptis ea, ſunt enim conſuetudines magnæ, quæ Moſi in Sinai *f* revelatæ ſunt. Tunc interrogabant eum de rebus puris, & impuris, & *g* lavacris. Dixerunt ei, Rabbi, quid illud eſt quod mundum, quid quod immundum dicere poſſimus. Et reſpondit de immundo, immundum *hoc eſt*, & de mundo, mundum hoc eſt. Poſtea dixit

b Sc. *in veſpera ſabbati hujus.*
c *Niſi propter ſabbati ſmum. Tal. Baſ. i. præcepium Rabbinorum violatum.*
d *Quando ſe in horum ſtudio non exerceat.*
f *Heb. diſte.*
g *Locis ubi ſe lavare ad purificandum ſolebant Judæi.*

dixit R. Eleazar ſapientibus illis, Miror ego de diſcipulis hujus generationis, ne forte morte mulctentur. Dixit illi, Rabbi, quapropter? Dixit iis, Quia non veniunt, ut illi inſerviant. Et poſtea dixit Aqibæ filio Joſephi, Aqiba, quare non veniſti coram me? Dixit ei, Rabbi me non evacuavi. Dixit illi, Miror ego de te, niſi tu ipſe morte moriare. Et ſunt, qui dicant, nihil omnino eum illi dixiſſe, ſed quando R. Eleazar diſcipulis ſuis *b* priora verba dixiſſet, ſtatim ſanguinem ejus *c* in eo coagulatum fuiſſe. Dixit ei aliquis, Rabbi, quare morietur ille? Dixit illi Aqiba, *Sors* tua durior eſt, quam illorum omnium. Ingreſſus eſt R. Aqiba, & coram eo ſedens dixit ei, Rabbi, Ab hoc tempore lege mihi principium. Legit autem illi trecentas conſuetudines *d* perſpicue. Eo tempore duo brachia ſua levavit R. Eleazar, & ſuper pectus ejus ea poſuit, & dixit. Væ mihi propter duo brachia mea, *f* duos libros legum, qui e mundo dimiſſi ſunt, quia ſi eſſent omnia maria atramentum, & omnes arundines calami ſcriptorii, & omnes homines ſcribæ, non potuerunt ſcribere omnia, quæ legi, & didici, & quæ audivi a ſapientibus *g* in conſeſſu, neq; defecit mihi quicquid oculi mei deſiderarunt, ſed *ſui* ut homo cujus digitus involutus eſt, neq; diſcere deſii, ſed *ſui* ſicut quod pingit pictor calamo. Præterea didici trecentas conſuetudines in *locum illum*, *h* *Præſtigiatricem vivere non permittes*, (Et ſunt qui dicant tria millia proverbiorum, & conſuetudinum) neq; quiſquam unquam rem ullam ex illis me rogavit præter Aqibam filium Joſephi, qui quodam tempore mihi dixit, Rabbi doce me, quomodo cucumeres plantant, & quomodo eradicant. Dixi, verbo uno impletus eſt totus ager cucumeribus. Dixit mihi, Rabbi, docuiſti me plantationem eorum, doce me eradicationem eorum. Dixi, verbo uno cucumeres omnes in locum unum congregantur. Dixit ei R. Eleazar filius Azariæ, *k* Calæus, & forma ejus. Dixit ei mundum. Et reſpondit, de immundo, immun-

b *Heb. ſic.*
c *Heb. in medio ejus.*
d *Heb. in ſplendore.*
f *Legem ſcriptam ſc. & cabalam.*
g *In ſchola, ubi ſedent diſcipuli.*
h Exod. 22. 18.
k *Videntur hæc duo verba eſſe prius memorata.*

mundum eſt, & de mundo, mundum eſt, donec exivit anima ejus in puritate. Statim laceravit Eleazar filius Azariæ veſtimenta ſua, & flens exiit, & dixit ſapientibus, Domini mei, Dominus noſter Eleazar, qui ad mundum futurum mundus fuit, quia exivit anima ejus in puritate poſt ſabbatum, venit R. Aqiba, & invenit illum in via publica, qua a Cæſaria Liddam uſq; veniunt, & crines ſibi evulſit, quando eum vidit. Fuit autem ſanguis ejus effluens, & in terram cadens. Clamavit autem dicens, Væ mihi Rabbi propter te, væ mihi Rabbi propter te, quare reliquiſti totam hanc generationem orphanam? Aperuit de eo nuntium, & dixit, *b Pater mi, Pater mi, currus Iſraelis, & equites ejus.* Pecuniæ ſunt tibi a me debitæ, at non ſunt *c* nuntii, qui tibi numerent. Filius Azei dixit, Curre ad mandatum leve. Ipſe dixit, Si mandatum unum feceris, & de eo ſollicitus non fueris, tandem illud mandatum multa trahet. Qui unam trangreſſionem tranſgreditur, & de ea ſollicitus non fuerit, tandem illa tranſgreſſiones multas trahet. Præceptum enim preceptum trahit, & tranſgreſſio tranſgreſſionem. Quia merces præcepti eſt præceptum, & tranſgreſſionis tranſgreſſio. Ille dixit, ceſſa a *d* teipſo & erit merces ceſſationis tuæ, neq; Ceſſabunt a te alii, aut erit merces ceſſationis eorum. Ille dixit, Deſcende a loco tuo duobus aut tribus gradibus & reverſere. Melius eſt, ut dicant tibi, Aſcende, quam ut dicant tibi, Deſcende, ſicut dictum eſt, *f Quia melius eſt, ut tibi dicatur, Aſcende huc, quam ut dejiciaris coram principe, quem oculi tui viderunt.* Tres ſunt, quorum vita non eſt vita. Hi ſunt *g* expectans ad menſam *h* alterius, & *k* habitans in cubiculo, & quicunq; uxorem habet, quæ in eum dominatur. Et ſunt qui dicant, *l* qui vincula corpori ſuo injecta habet. Ille dixit, Noam regnaſſe ſuper totum mundum univerſum, ita ut habitaret, & doceret coram hominibus amictis ſindonibus.

b 2 Reg. 2, 12.

c *Vel, nummularii. i. multas habeo quæſtiones tibi proponendas, quas nemo jam ſolvere poteſt.*

d *Laudando ſe.*

f Prov. 25. 7.

g *Qui cibum ſuo non habet.*

h *Heb. ſocii ſui.*

k *Perpetuo æger.*

l *In carcere degens.*

Finis Capitis.

Cap. XXVI.

RAbbi Aqiba dixit, Sepes gloriæ est risus, sepes sapientia silentium, sepes votorũ separatio, sepes munditiei sanctitas, sepes mansuetudinis timor peccati. Ille dixit, Cum deri soribus versari noli, ne opera eorum discas. Ne panem comedas cum sacerdote populi terræ, ne forte in sacris prævaricaris. Vota ne violes, ne forte in juramento prævari ceris. Ne assuescas e convivio edere, ne forte tandem ex arboribus silvestribus comedas. Neq; venias in *b* potestatem *c* dubii, ne forte venias in potestatem *d* manifesti. Ne exeas extra terram, ne forte cultui idolorum inservias. Et sic David dicit, *f Hodie enim me expulerunt a manendo in hæreditate Jehovæ dicendo, Vade, Diis aliis servum te præbeto.* Et *cave* ne juxta opinionem tuam æstimes velle Davidem regem Diis illis servum se præbere, sed sic dicit David, *g* Relinquens terram Israelis unusquisq; æstimatur ac si Diis aliis servum se præbuisset. Ille dixit, Quicunq; in terris aliis sepelitur, idem est, ac si in Babele sepultus esset. Idem est in Babele, ac in terra Israelis sepeliri. Quicunq; in terra Israelis sepelitur, idem est, ac si sub altare sepultus esset, quia tota terra Israelis idonea est, ubi altare figatur. Quicunq; autem sub altare sepultus est, idem est ac si sub throno gloriæ sepultus esset. Sicut dictum est, *h Thronus gloriæ ab initio est locus sanctuarii nostri.* Ille dixit, Non est idiota pius, neq; discit verecundus, neq; doctus iracundus. Ille dixit, Quare moriuntur discipuli sapientum dum parvi sunt? non quod adulteri sint, aut raptores, sed quia a verbis legis cessant, & verbis confabulationis operam dant. Et præterea quia non incipiunt, ubi cessant. R. Simeon filius Eleazaris dixit, Israelitæ qui sunt extra terram serviunt populo terræ in puritate. Ecce quando peregrinus idolis serviens festum pro filio suo faciens mittit, & omnes Judæos in civitate

b Heb. manus
c Qui agit de quo dubitat, tandem faciet malum manifestum.
d Vel, confessionis, i. Tandem cogere confiteri te peccasse.
f 1 Sam. 26. 19.
g Sponte sc. non coactus.
h Jer. 17. 12.

ſua invitat, quamvis ex iis quæ ad illos pertinent, comedant, & bibant, & ille iis ut miniſtris utatur, & ſtans potum illis dat, eos æſtimet ſcriptura ac ſi ſacrificia mortuorum comediſſent, Sicut dictum eſt, Et vocaverit te quis, & e ſacrificio illius comedas. R. Eleazar Hamudæus dixit, Sabbata prophanans, & feſta ſolennia contemnens, & *b* fœdus in carne irritum faciens, & *c* faciem ſuam contra legem revelans, licet fuerint in manu ejus lex & bona opera, non eſt ei portio tamen in ſeculo futuro. Et R. Aqiba dixit, Quicunq; ducit uxorem ei non idoneam, propter quinq; præcepta negativa tranſgreditur. Propter, *d* *Non ulciſceris*: & propter, *f* *Non iram ſervabis*: & propter, *g* *Non odio habebis fratrem tuum in corde tuo*: Et propter, *h* *Sed diliges proximum tuum ſicut te*: Et propter, *k* *Ut vivat frater tuus tecum.* Qui enim eam odio habet, cupit, ut moriatur, & invenitur ceſſans a fructificatione & multiplicatione e mundo. Ille dixit, Qui cibos comedit, pro quibus gratias non agit, tranſgreditur propter tria præcepta negativa, qui ſeipſum deſpicit, & cibos, & benedictione non idonea benedicit. R. Jehudah filius Eliei dixit, Homo qui moritur, & filium relinquit *l* & legem a patre ſuo non didicit, ſed ab aliis, ecce *m* conopæum quærit. R. Eleazar Capharita dixit, Ne fis ſicut ſuperliminare excelſum, quod manus humana tangere non poteſt. Neq; fis ut limen excelſum, quod *n* perſonas terret. Neq; ut limen medium, quod pedes percutit; ſed fis ut limen inferius, quod omnes conculcant, & quod finis abſconditus eſt totius ædificii, & in loco ſuo *p* fixum manet.

b Circumciſionem ſc.

c Vid. not. noſtras in Pirke Aboth c. 3. f. 11.

d Lev. 19 18.

f Ibid.

g Lev. 18. 17.

h Lev. 18. 18.

k Lev. 25. 36.

l Vel, qui legem.

m E mundo cum pudore exiit, acſi latibulum quæreret.

n Metuentes, ne in eos cadat; vel deglutit, vel percutit, Tal. Baſil.

p Heb. ſtat.

Finis Capitis.

CAP.

Cap. XXVII.

RAbbi Joſes dixit, Quicunq; legem honorat, ipſe ab hominibus honorabitur, ſicut dictum eſt,
b 1 Sam. 2. 30. *b Nam honorantes me honorabo, at me contemnentes vili pendentur.* Nam honorantes me honorabo. Hic fuit Pharaoh rex Ægypti, qui honorem dedit coram eo, qui dixit, Sit mundus, qui exeat in capite familiæ ſuæ. Et dixerunt ei ſervi ejus, Mos ſeculi eſt, ut reges omnes non exeant niſi poſt familiam ſuam. Tu autem ante
c Heb. ad recipiendum faciem. familiam tuam exis. Dixit iis, An exeo ego *c* in occurſum regis e carne & ſanguine conſiſtentis? Non eo ego ſic niſi in occurſum regis regentium reges Sancti Benedicti Dei. Idcirco honorem ei impertiit Sanctus Benedictus Deus, neq; ab eo vindictam ſumpſit, ſed ipſe
d Cant. 1. 9. a ſeipſo, ſicut dictum eſt, *d Equitio juncto in curribus Pharaonis contuli te amica mea.* R. Papias dixit, Congregatio Iſraelis laudem obtinuit ſuper equos in curru
f Hab. 3 15. Pharaonis, ſicut dictum eſt, *f Per mare cum equis tuis ambulaſti.* R. Jehoſhuah filius Qeramæ dixit, Quando ad mare venit Pharaoh, ſuper equum equitavit, at apparuit ei Sanctus Benedictus Deus ſuper equam; ſicut
g Cant. 1. 9. dictum eſt, g Equabus in curribus Pharaonis. At annon ſuper cherub ſolum equitavit *Deus*? Sicut di-
Pſal. 18. 10. ctum eſt, *h Et ſuper cherub equitavit, & volavit, immo ſuper alas venti volavit.* Sed apparuit cherub equis Pharaonis, ſicut equa, & omnes in mare congregati ſunt. Et contemnentes me vilipendentur. Hic eſt Sennacherib, qui contemptum effudit coram eo, qui dixit, & fuit mundus. Ideoq; contemptui eum expoſuit Sanctus
k 2 Reg. 19. 23, 24. Benedictus Deus, ſicut dictum eſt, *k Per nuntios tuos Jehovam probro affeciſti, & dixiſti, Multitudine curruum meorum ego aſcendi ſummitatem montium, latera Libani, & ſuccidam proceras cedros ejus, lectiſſimas abietes ejus, ingrediar etiam extremum diverſorium ejus, ſilvas Carmeli ejus. Ego effodi,*

&

& bibi aquas peregrinas, & planta pedum meorum omnes rivos locorum obſeſſorum exſiccavi. Idcirco vindictam ab eo cepit Sanctus Benedictus Deus per angelum ejus, & caput ejus rasit cum barba, ita ut in terram ſuam pudibundus rediret. R. Iſmael filius R. Johannis filii Berochi dixit, *b* Qui diſcit decem præcepta, ut doceat, &c. Ille dixit, *c* Non quicunq; legem in ſe ſuſceperit ad perficiendum, *beatus eſt*, ſed ſi tu liber ſis ad fructificandum ex ea, ſi multiplices, mercedem amplam addes. R. Eleazar filius Haſomæ dixit, Nidi, & apertiones menſtrui ſunt corpora Conſtitutionum. R. Johannes filius Nuri dixit, conſtitutiones, & purificationes, & ſeparationes, & nidi ſunt corpora legis. Ille dixit, Ordinatio menſæ, & actio domus judicii, & eorum ſtabilimenta mundo bonum communicant. R. Johannes filius Dehabæi dixit, Qui dicit conſtitutionem hanc creatam non eſſe, portionem in ſeculo futuro non habet. Ille dixit, Ne longe te amove a conſuetudine, quæ non eſt expreſſe determinata, neq; ab opere, quod non eſt perfectum. Parabola *docens*, cui hæc res ſimilis ſit, Homini, qui aquas maris attollere conatur, & in aridam projicere. Mare nihilominus vacuum non eſt, nec terra plena. Sic *d* fruſtratus fuit expectatione ſua. Dixit ei *alius*, Vane, quare fruſtratus es expectatione tua quotidie? Accipe mercedem tuam, denarium aureum. R. Eleazar filius Shammuæ dixit, Sit honor diſcipuli tui tibi æque charus, ut tuus, & honor ſocii tui, ſicut timor præceptoris tui, & timor præceptoris tui, ſicut timor *f* Dei: innuens debere honorem diſcipuli ejus ei non minus charum eſſe, quam honorem ſocii ſui. Diſcant omnes homines a Moſe doctore noſtro, qui Jehoſhuæ dixit, *g Elige nobis homines.* Non dictum eſt, Elige mihi, ſed elige nobis; indicans, quod illum *h* ſibi æquaret. At unde probatur debere honorem ſocii ſui homini non minus charum eſſe, quam ſuum? Quia dictum eſt, *h Et dixit Aharon Moſi, Ah Domine mi.* Annon frater ejus natu minor erat?

b Vid. Pirke Aboth c. 4. f. 3.

c Nempe perfecte legem ſervat, ſed qui illud Gen. 1. 28. *de liberorum procreatione obſervat, beatus eſt.*

d Heb. abbreviatus fuit in opinione ſua.

f Heb. cœli.

g Exod. 17. 9.

h Heb. fecerit ſicut ſe.

k Num. 12. 11.

erat? Sed fecit eum dominum ejus. Unde probatur debere præceptoris sui honorem homini non minus charum esse, quam Dei? Quia dicitur, *b Et respondit Jehoshuah filius Nun minister Mosis e juvenibus ejus, & dixit, Domine mi Moses prohibe eos.* Æstimat eum, quasi divina præsentia adesset. Ubi prius dixerunt, Frumentum est in Jehuda, & stramen in Galilæa, & palea in locis trans Jordanem, postea dixerunt, Non est frumentum in Judæa, neq; stramen in Galilæa, sed palea, at in locis trans Jordanem neq; hoc neq; illud.

b Num. 11. 28.

Finis Capitis.

Cap. XXVIII.

Rabbi Nathan dixit, Non est amor, sicut amor legis. Neq; sapientia, sicut sapientia *c* viæ terræ. Neq; pulchritudo, sicut pulchritudo Hierosolymarum. Neq; divitiæ, sicut divitiæ Mediæ. Neq; robur, sicut robur Persiæ. Neq; scorta, sicut scorta Arabum. Neq; elatio, sicut elatio Elamæ. Neq; profanatio, sicut profanationes Babelis, sicut dictum est, *d Et dixit, ad ædificandum ei domum in terra Shinaræ.* Neq; sunt præstigiatores, sicut præstigiatores Ægypti. R. Simeon filius Eleazaris dixit, Sapiens terram Israelis inhabitans, & extra terram exiens, *f* obscurus in ea habitans laudem *g* ab eo recipit, etiamsi obscurus ille laudabilis sit præ omnibus laudabilibus, qui sunt in provinciis. Parabola *indicans* cui hæc res similis sit. Ferro Indico, quod venit *h* e partibus transmarinis, quod etsi minus sit, quam fuit, laudabilius tamen est omnibus laudabilibus in provinciis. R. Simeon filius Gamalielis dixit, Quicunq; pacem in domo sua stabilit, æstimat eum scriptura, ac si pacem inter Israelitas universos secum invicem collocasset. Et quicunq; aufert invidiam, & contentionem e domo sua, æstimat eum scriptura, ac si invidiam & contentionem ex Israele abstu-

c Artificii sc. vel, mercaturæ.

d Zech. 5. 11.

f Heb. inhonestus, nisi sit גנם pro לגן Paganus.

g Vel, præ eo.

h Heb. e provincia maris הימים pro הימים ut in Cod. Basil.

ſtuliſſet, quia unuſquiſq; rex eſt in domo ſua, ſicut dictum eſt, *b* ut vir unuſquiſq; in domo ſua regeret. R. Gamaliel dixit, Quatuor rebus *c* devoravit regnum Græciæ, vectigalibus, balneis, theatris, & tributis *impoſitis*. Ille dixit, Verba legis acquiſitu difficilia ſunt, ſicut *d* veſtes lanceæ, & perditu faciles ut veſtes lineæ. Verba erroris & ſtultitiæ, acquiſitu facilia ſunt, & perditu difficiles, ut ſaccus. Quando emit homo ſaccum ſicio, miniſtrat in eo, & ambulat quatuor aut quinq; annos. R. Jehudah princeps dixit. Quicunq; ſibi accipit delicias hujus ſeculi, ab eo auferuntur deliciæ ſeculi futuri. Et quicunq; non accipit ſibi delicias hujus ſeculi, illi dabuntur deliciæ ſeculi futuri. Ille dixit, Juſti ſunt, quibus malum in hoc mundo evenit. Cui rei hoc ſimile eſt? Coquo qui prandium ſibi præparat, qui licet dolore in ſeipſo afficiatur, non aliis tamen, ſed ſibi præparavit. Sunt & impii, quibus malum in hoc mundo evenit. Cui rei eſt hoc ſimile? Coquo, qui prandium aliis præparat, & quamvis dolore in ſeipſo afficiatur, nihil ſibi, ſed aliis præparavit. Ille dixit, Sit ſecretum tuum tibi *ſoli* revelatum, & quod non eſt audiri credibile, alteri ne dicas. Hillel dixit, Ne ſepares te a congregatione &c. Ille dixit, Quicunq; multiplicat *f* cibum, multiplicat *g* excrementa. Quicunq; multiplicat carnes, multiplicat vermes & vermiculos. At qui opera bona multiplicat, pacem *h* in corpore ſuo ponit. R. Eleazar filius Shammuæ dixit, Tres ſunt conditiones in diſcipulis ſapientum. Lapis cæſus, lapis angularis, & lapis dolatus. Lapis cæſus. Nempe hic eſt diſcipulus, qui Midraſham legit, qui quo tempore diſcipulus ſapientis ad eum ingreditur rogans eum, *k* dicit ei. Hic autem eſt lapis cæſus, cui non eſt, *l* niſi os unum. Lapis angularis. Nempe, hic eſt diſcipulus, qui legit in Midraſha, & conſtitutionibus, qui quo tempore diſcipulus ſapientis ad eum ingrediens interrogat illum in Midraſha, aut in conſtitutionibus, ei in utriſq; reſpondet. Hic eſt lapis angularis, cui ſunt duo

b Eſt. 1. 22.
c *Alia regna ſc. vel, devoratum fuit.*
d *Heb. veſa, vel, inſtrumenta.*
f *Heb. edere.*
g *Heb. ejicere.*
h *Vel, in ſeipſo.*
k *Quæſtioni ejus ſatisfacit.*
l *Vel, ſermo unus. In Midraſha ſola verſatur.*

ora. Lapis dolatus. Nempe, hic est, qui legit in Midrasha, constitutionibus, historiis, & additamentis, qui quando ad eum ingreditur discipulus sapientis interrogans illum in Midrasha, constitutionibus, historiis, aut additamentis, illi in singulis respondet. Et hic est lapis dolatus, cui sunt quatuor ora e quatuor angulis. R. Jehudah filius Eliæi dixit, Quicunq; facit verba legis fundamentum, & viam terræ adjunctum, faciunt illum in hoc mundo fundamentum. *Quicunq; facit* viam terræ fundamentum, & verba legis adjunctum, faciunt illum in hoc mundo adjunctum. Similitudinem proponunt cui hæc res similis est. Porticui, quæ *b* duos habet exitus, unum in ignem, alterum in nivem. Si quis ignem versus exeat, ecce igne comburitur. Si quis nivem versus exeat, frigore percutitur. Nempe, fiat tibi via intermedia, & caveat sibi quisque, ne igne comburatur, & ne forte frigore percutiatur. R. Simeon filius Eleazaris dixit, *c* Noli socium tuum placare, &c.

b Heb. *in duas vias transit.*

c *Vide Pirke Aboth c.4.f.18.*

Finis Capitis.

Cap. XXIX.

RAbbi Simeon filius Eleazaris dixit e sententia R. Meiris, Socium tuum, qua hora irascitur, placare noli, neq; in die calamitatis ejus domum illius ingredere, neq; eum videre contendito, &c. Sunt qui dicant, Sunt tibi socii, quorum hi te reprehendunt, illi laudant. Reprehendentes te dilige, & te laudantes odio habeto: qui enim te reprehendunt, te ad vitam seculi futuri ducunt: at qui te laudant, te ex hoc mundo ejiciunt. Ille dixit, In omni loco, ubi homo ambulat, cor ejus ambulat: *ubi* stat, cor ejus stat; *ubi* sedet, res coram eo sedatæ sunt. Ille dixit, Quicunq; diligens est circa verba legis tradunt ei *d* diligentes *f* ex opposito illius: & quicunq; cessat a verbis legis tradunt ei cessantes ex opposito illius, quasi leonem, & lupum, &

d שקדנין *pro* שקרנין *respondet enim verbo* שקרן, *quod præcessit; Sir. sequitur,* בוטרי & כטלנין.

f Ei similes, & idoneos, Gen. 2. 18.

& pardum, & basiliscum, & serpentem, & exercitus, & latrones venientes, eumq; circundantes, & ab eo vindictam sumentes, sicut dictum est, ' *b Quod Deus est in terra judicans.* Abba Saulus filius Necosi dixit, Est homo qui sibi ipsi discit, sed alios non docet: est & qui alios docet, sed sibi ipsi non discit. Est, qui sibi, & aliis discit: est qui nec sibi, nec aliis discit. Discens sibi, non aliis: Nempe, legit homo caput unum, duo, aut tria, neq; alteri ea legit, sed in illis occupatus est, neq; ea obliviscitur. Hic est, qui sibi, non aliis didicit. Et est qui sibi non didicit. Nempe, legit homo sectionem unam duabus aut tribus vicibus, & legit eas aliis, & in iis se non exercet, sed eorum obliviscitur. Hic est, qui aliis, non sibi didicit. Sibi & aliis discens. Nempe legit *quis* sectionem unam, duas, aut tres, & legit eas aliis, & se in illis exercet, neq; earum obliviscitur. Ille apprehendit eas, & illi eas apprehendunt. Hic est, qui sibi & aliis didicit. Et qui nec sibi, nec aliis didicit. Nempe, legit homo sectionem unam duabus aut tribus vicibus, aliis autem non legit, neq; se in illis exercet, sed earum obliviscitur. Hic est, qui nec sibi, nec aliis didicit. R. Hananiah filius Aqibæ dixit, Somnum excutiens nocte propter verba legis, signum hoc illi bonum est. *Excutiens somnum* propter verba confabulationis, signum malum hoc illi est. R. Jacobus filius Hananiæ dixit, Excutiens *somnum* nocte, & os suum in verbis legis non aperiens, ei conveniens esset, imo melius, ut converteretur in faciem ejus secundina matris suæ, ita ut nunquam in aerem hujus mundi exiret, neq; mundum hunc videret. R. Eleazar Capharita dixit, Quicunq; socium suum honorat propter divitias, in fine ab eo cum ignominia separabitur. At quicunq; socium suum propter mandatum *Dei* contemnit, in fine ab eo cum honore separabitur. Unde colligitur, quod quicunq; socium suum propter divitias honorat, in fine ab eo cum ignominia separabitur. Sic enim in Bileamo impio invenimus, qui Balacum propter divitias honorávit,

b Psal. 58. 11. *At non est* כי, *sed* אך, *ibi.*

b Num. 22. 18. noravit, ſicut dictum eſt, *b Et reſpondit Bileamus, & dixit ſervis Balachi, Si daret mihi Balachus domum ſuam plenam argento, & auro.* Unde apparet, quod ab eo cum dede-

c Num. 24. 11. core exiit? Quia dictum eſt, *c Nunc igitur fuge tu in locum tuum.* Unde patet, quod quicunq; contemnit ſocium ſuum propter mandatum Dei, in fine ab eo cum honore ſeparabitur. Quia ſic in Moſe Doctore noſtro invenimus, quod Pharaonem propter mandatum *Dei* contem-

d Exod. 11. 8. pſerit, ſicut dictum eſt, *d Et deſcendent omnes hi ſervi tui ad me, & ſe mihi incurvabunt, dicentes.* Et quamvis Pharaoh ſuper tectum ſteterit, & Moſes ſuper terram, nihilominus ſic dixit Moſes Pharaoni, Etiamſi omnes ſervi tui ſtantes in excelſo tuo a me petent, nolo ego illis auſcultare. Unde apparet, quod ab eo cum honore diſ-

f Exod. 12. 31. ceſſerit? Quia dictum eſt, *f Et inclamavit Moſen & Aharonem noctu.* Dixerunt, An ſures ſumus, ut noctu exiremus? Expecta nos potius donec Sanctus Benedictus Deus ad nos venire *faciat* ſeptem nube gloriæ, & cum illis exibinus cum lætitia, & capite aperto,

g Num. 33. 3. ſicut dictum eſt, *g Poſtridie ipſo Paſchatis egreſſi ſum Iſraelitæ manu ſublata.* Circa quatuor controverſias in cauſa expiationis abiit R. Mathias filius Chereſhi juxta R. Iſhmaelem filium Eleazaris Capharitæ Laodiceam uſq; ut ab eo inquireret, & dixit, Audivi quod de quatuor controverſiis de expiatione R. Iſhmael concionatus fuerit. Dixit ei, Audivi, & tres hæ ſunt cum

h Jer. 3. 22. reſponſione ad ſingulas. Scriptura una dicit, *h Revertimini filii retrogradi, inquit Jehovah, retrogradationes*

k Lev. 16. 30. *veſtras ſanabo.* Et ſcriptura altera dicit, *k Nam die illo expiabit pro vobis ad mundandum vos.* Et altera ſcriptura

l Pſal. 89. 32. dicit, *l Et viſitabo virga tranſgreſſionem eorum, & verberi-*

m Iſa. 22. 14. *bus iniquitatem eorum.* Et alia ſcriptura dicit, *m Certe a vobis non expiabitur hæc iniquitas dum moriamini.* Ecce nempe, ſi tranſgrediatur homo mandatum affirmativum, & reſipiſcentiam agat, non eſt hoc tale peccatum, quod non ſtatim condonetur. De hoc dicitur, Revertimini filio retrogradi. Si in præcepto negativo tranſ-

grediatur

grediatur quis, & pœnitentiam agat, ſuſpenſa eſt pœnitentia ejus, donec dies expiationum pro eo expiationem faciat. De hoc dicitur, Num hoc die pro vobis expiationem faciet? Si tranſgrediatur quis in re, quæ excifionem, aut mortem e ſententia domus judicii meretur, & pœnitentiam agat, reſipiſcentia, & dies expiationum ſuſpenſi ſunt, & caſtigationes abſtergent, & propter quod reliquum eſt, morietur. Pro talibus annus eſt expiationum. De hoc dicitur, Et viſitabo virga iniquitatem eorum. At qui nomen Dei prophanant, non ſunt ei vices ad reſipiſcendum, neq; correctiones, neq; dies expiationum ad expiandum, ſed reſipiſcentia & caſtigationes ſuſpenſæ ſunt, & mors cum illis abſtergit. Et de hoc dicitur. Certe non condonabitur vobis hæc iniquitas, dum moriamini. Iſæus filius Jehudæ dixit. Quare moriuntur diſcipuli ſapientum ante tempus ſuum? Non quod adulteri ſint, aut raptores, ſed quod ſe contemnant. R. Iſaacus filius Phineaſi dixit, Cuicunq; eſt in manu Midraſha ſine conſtitutionibus, ſenſum ſapientiæ non guſtavit. Cuicunq; ſunt in manu conſtitutiones ſine Midraſha, ſenſum timoris peccati non guſtavit. Ille dixit, Cuicunq; eſt in manu Midraſha ſine conſtitutionibus, hic fortis eſt, ſed non armatus. Cuicunq; ſunt in manu conſtitutiones ſine Midraſha, hic infimus eſt arma in manu ſua tenens. Qui autem in manu ſua utraſq; habet, hic fortis eſt, & armatus. Ille dixit, Cautus eſto in *b* ſalutatione, quæ inter hominem, & vicinum ejus intercedit, & contentionibus ne te intermiſceas, neq; ut eas videas, ſollicitus eſto. Revertere in locum ſociorum, & cauda leonum, non caput vulpium eſto.

b Heb. interrogatione pacis, ſic enim ſe invicem ſalutant Judæi.

Finis Capitis.

CAP

Cap. XXX.

RAbbi Nathan filius Josephi dixit, Quicunq; cessat a verbis legis propter divitias, tandem propter inopiam cessabit. Et quicunq; verba legis confirmat in paupertate, tandem in divitiis eam confirmabit. Ille dixit, Consolationes lugentium & visitatio ægrotorum, & eleemosynarum distributio bonum mundo afferunt. R. Meir dixit, Quicunq; transgressionem unam in re dubia transgreditur, æstimat eum scriptura, ac si in re indubitata hoc feciſſet. Quando peccat homo, & notum sit ei peccatum ejus, oblationem afferre debet siclum valentem, & *b* decimam partem Ephæ in sacculo. At quando dubium sit utrum peccaverit necne, afferre debet oblationem, & quintam partem ejus, & sacrificium duos siclos valens. Et si quis *rogaverit* utrum hæc mensura completa sit mensura bona, an mensura vindictæ, dicito, Mensura bona. Et ecce has res. Quanto magis, si ubi mensura vindictæ parva sit, qui transgreditur transgressionem in re dubia, æstimant eum ac si in re manifesta hoc feciſſet, Quanto magis, *inquam*, ubi mensura bona ampla sit? R. Nathan filius Josephi dixit, Quicunq; transgressionem transgreditur ex errore, æstimant eum, ac si hoc e præsumptione feciſſet. Quando errat, qui hominem interfecit, & ad urbem refugii migrat, si sanguinis vindicator eum inveniat & interficiat, ecce hic in manus ejus migrat. At si eum e præsumptione interficiat & eum reperiens interficiat sanguinis vindicator, liber est. Et si quis interrogaverit, Ubi est hæc mensura plena, mensura bona, an mensura vindictæ? Dicito, mensura bona; & si mensura vindictæ parva sit, & qui transgressionem ex errore transgreditur, æstimant illū ac si e præsumptione illud feciſſet; Quanto magis ubi mensura bona ampla est? R. Aqiba dixit, Quicunq; conjunctus est transgressoribus, quamvis secundum

b Lev. 5. 11.

opera

opera eorum non faciat, ecce hic mercedem ſimilem recipiet. Et quicunq; mandatum facientibus conjunctus eſt, quamvis ſecundum opera eorum non faciat, ecce hic mercedem ſimilem recipiet. Quando duo in unum teſtimonium perhibent, & dicunt, Hic homo *b* hominem occidit, & mandaces reperiuntur, & ſtatuatur judicium eorum, *c* ut interficiantur, quando illos *d* in locum lapidationis educunt, unus currens & poſt illos veniens dicit, Novi ego *aliquid* de hoc teſtimonio. Dicunt illi, Veni, & teſtimonium perhibeto. Ille etiam mendax reperitur, & ſtatutum eſt judicium ejus, ut interficiatur. Quando eum ad locum lapidationis educant, dicit, Væ mihi, *f* ſi enim ego non veniſſem, judicium iſtorum prius fuit, ut interficerentur. Dicunt ei, Vane, etiamſi homines centum poſt te venirent, & mendaces reperiuntur, omnes illi interficerentur. Et ſiquis *rogaverit*, Ubi eſt hæc menſura ampla? Eſtne illa menſura bona, an menſura judicii? Dicito, Menſura bona. Si menſura vindictæ parva ſit, ubi conjunctus tranſgreſſoribus, etiamſi ſecundum opera eorum non fecerit, ecce hic *tamen* vindictam recipit, quanto magis ubi menſura bona ampla eſt? Dixit R. Simeon, Sic ſunt pœnæ mendacis, ut quamvis verum dicat, homines ei non *g* credant. Sic enim in filiis Jacobi invenimus. Quando patri eorum in initio mendacium dixere, credidit illis, ſicut dictum eſt, *h* *Et occiderunt hircum caprarum.* Scriptum eſt etiam, *Ille vero agnoſcens eam* dixit, Tunica filii mei eſt. At poſtea quamvis verum dixerint, illis non credidit, ſicut dictum eſt, *k* *Et renuntiabant ei dicentes, Adhuc Joſephus vivit, at illis non credidit.* Et ſunt qui dicant, Spiritum ſanctum, qui a Jacobo patre noſtro ablatus fuerat, ſuper illum eo tempore manſiſſe, ſicut dictum eſt, *l* *Et revixit ſpiritus Jacobi patris eorum.*

b *Heb animam.*

c *Hoc lex Dei requirit.* Deut. 19. 19.

d *Heb. in domum.*

f *Illis non bene feci, ſed mihi male.*

g *Heb. auſcultent.*

h Gen. 37. 31. 33.

k Gen. 45. 26.

l Gen. 45. 27.

Finis Capitis.

Cap. XXXI.

Rabbi Achaius filius Josiæ dixit, Accipiens proventum *b* e platea cui similis est? Infanti, cujus mater mortua est, cumq; ad ostia nutricum aliarum convertunt, ubi saturitatem non invenit. Fruſtum panis e platea accipiens cui similis est? Ac si sepulchrum sibi effodisset. E suo comedens similis est infanti ad ubera matris educato. Ille dixit, Quo tempore quis e suo comedit, *c* sententia ejus apud seipsum manet. At si forte comedat quis ex eo, quod patris est, aut matris, aut filiorum, *d* sententia sua apud seipsum non manet: nec opus est hoc dicere de iis, qui panem *f* aliorum comedunt. Decem verbis creatus fuit mundus. Et quid necessarium est venientibus in mundum, nisi ut doceantur, quod quicunq; mandatum unum faciat, & quicunq; sabbatum unum observet, & quicunq; vitam unam conservet, scriptura eum æstimat ac si mundum plenum conservasset, qui decem verbis creatus fuit? Sic enim in Caino invenimus, qui Abelem fratrem suum occidit, sicut dictum est, *g Vox sanguinum fratris tui.* Sanguinem unius fudit, ut sanguinum multorum mentio facta est, sed docet sanguinem filiorum ejus, & nepotum, & omnium generationum ejus ad finem seculorum, qui ex eo exire deberent, omnes stare & clamare coram Sancto Benedicto Deo. En didicisti hominem unum æstimari sicut opus creationis universum. R. Nehemiah dixit, Unde probatur hominem unum æstimari sicut totum opus creationis? Quia dictum est, *h Hic est liber generationum Adami.* Et alibi dicit, *k Hæ sunt generationes cœli & terræ, quando creata fuere.* Sicut illic mentio fit, ita hic creationis & fabricationis. Docens quod Sanctus Benedictus Deus ostendit illi omnes generationes, quæ ex illo exire debuissent, ac si stetissent silentes coram eo. Et sunt, qui dicant, non ostendit illi, nisi justos solos, sicut

b Mendicus sc.

c Potest libere de re qualibet sententiam dicere.

d Pro aliorum arbitrio sententiam dicere cogitur.

f Qui non sunt consanguinei.

g Gen. 4. 10.

h Gen. 5. 1.

k Gen. 2. 4.

sicut dictum est, *b Quicunq; inter viventes in Hierosol. scribitur.* R. Jehoshuah filius Cherachi dixit, ecce ille dixit, *c Substantiam meam viderunt oculi tui.* Docens quod Sanctus Benedictus Deus homini primo ostenderit singulas generationes, & quærentes eum in singulis generationibus, & principes ejus in singulis generationibus, & duces ejus in singulis generationibus, & prophetas ejus in singulis generationibus, & potentes ejus in singulis generationibus, & rebelles in eum in singulis generationibus, & sanctos ejus. Tali generatione talis rex futurus est, sapiens talis tali generatione futurus est. R. Eleazar filius R. Josis Galilæi dixit, Novingentas & septuaginta & quatuor generationes ante mundum creatum lex scripta fuit, & in sinu Sancti Benedicti Dei reposita, & canticum cum Angelis ministerii dixit, sicut dictum est, *d Et fui cum eo educata, & fui deliciæ ejus quotidianæ, coram eo semper gaudens. Gaudens in orbe habitabili terræ ejus.* En similitudinem ejus. Cui est hoc simile? Cuidam, qui arborem aufert, & imagines multas effingere conatur, at nullus est illi locus, ubi effingat, dolens igitur in terra effingit, easq; magis & magis distinguit. Sic etiam Sanctus Benedictus Deus (cujus nomen magnum benedictum sit in seculum, & in secula seculorum) sapientia & intelligentia sua totum mundum universum creavit, fecit & cœlum & terram, superiora cum inferioribus, & in homine formavit, quicquid in orbe ejus creaverat. Silvas in homine creavit. Hæ sunt crines hominis. Bestias *f* noxias in mundo creavit, & in homine bestias malas creavit. Hæ sunt *g* intestina hominis. Creavit *h* auroras in mundo, & auroras in homine creavit. Hæ sunt aures hominis. Creavit odorem in mundo, & odorem in homine creavit. Hic est nasus hominis. Solem in mundo creavit, & solem in homine. Hic est *k* lux hominis. Aquas *l* fœtidas in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ sunt aquæ nasi ejus. Aquas salsas in mundo creavit. Similiter in homine.

b Isa. 4 3.

c Psal. 139. 16.

d Prov. 8. 30.

f Heb. *malas.*

g *Quæ cum doloribus multis cruciant, Heb. filii viscerum.*

h *Vel, sonos, sicut odor nasus est, & sol oculus, sic sonus auris*

k *Oculus sc.*

l *Vel, superfluas.*

Hæ ſunt lachrymæ oculorum. Fluvios in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt lachrymæ. Muros in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt labia hominis. Portas in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt dentes hominis. Firmamenta in mundo creavit. Similiter in homine. Hæc ſunt lingua hominis. Aquas dulces in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt ſpiritus hominis. *b* Maxillas in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt fauces hominis. Terras in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt collum hominis. Brachia in mundo creavit. Similiter in homine. Hæc ſunt brachia hominis. Clavos in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt digiti hominis. Molas in mundo fecit. Similiter in homine. Hæ ſunt ingluvies hominis. *d* Leges in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt ſplen hominis. Sterquilinia in mundo creavit. Similiter in homine. Hæc ſunt *f* venter hominis. Puteos in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt umbelicus hominis. Aquas viventes in mundo fecit. Similiter in homine. Hæ ſunt aquæ pedum hominis. Vitam in mundo creavit. Similiter in homine. Hæc eſt ſanguis hominis. Arbores in mundo creavit. Similiter in homine. Hæ ſunt oſſa hominis. Colles in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt nates hominis. Piſtillum & mortarium in mundo fecit. Similiter in homine. Hæc ſunt genua hominis. Equos in mundo creavit. Similiter in homine. Hi ſunt crura hominis. Angelum mortis in mundo creavit. Similiter in homine. Hic eſt calcanei hominis. Montes & valles creavit in mundo. Similiter in homine. Stans monti, cadens valli ſimilis eſt. Ecce didiciſti, quod quodcunq; in mundo, illud & in homine creavit Sanctus Benedictus Deus.

b Hæ ſtellæ ſunt. Eccl. 12.2. *Shabbath. f.* 13. *c.* 2.

c Splen ridet, ingluvies molit. Beracheth. fol. 62. *c.* 2.

d Vel, effluentia.

f i. currentes.

Finis Capitis.

CAP.

Cap. XXXII.

Decem generationes ab Adamo usq; ad Noam fuere. Et quid necesse est venientes in mundum hinc discere, nisi quod omnes generationes provocatione crescebant? Nihilominus Sanctus Benedictus Deus aquas diluvii super eos non attulit propter justos, & sanctos, qui inter illos fuerunt. Et sunt, qui dicant, quod *b* dum Methushelah vixit, deluvium in mundum non descendit, & cum mortuus fuit Methushelah, adhuc septem dies suspensum fuit post mortem ejus, sicut dictum est, *c* *Et evenit post septem dies.* Quis fuit status septem dierum horum? Hi fuere dies luctus *d* justi, qui vindictam retardavit. Idcirco dicitur, Et evenit post septem dies. Alia interpretatio. Et evenit post septem dies. Docens quod fixerat iis Sanctus Benedictus Deus tempus post finem quingentorum annorum, forte resipiscentiam agent, at non fecerunt, & idcirco dictum est, Et venit post septem dies. Alia interpretatio. Docens quod mutavit Sanctus Benedictus Deus in illis *diebus* ordinem mundi, & sol ex occidente exiit, & in oriente descendit, ut intelligerent, & timerent, & resipiscentiam agerent: at non fecerunt. Idcirco dictum est, Et evenit post septem dies. Alia interpretatio. Docens, quod Sanctus Benedictus Deus mensam ejus illis paraverat, & in Sabbato fontem seculi futuri illis ostenderat, ut in seipsis justi existerent. At illi dixerunt, Væ nobis. Bonum esset, ut nos perdidisset, & destruxisset, & e terra consumsisset, sicut dictum est, *f* *Et vidit Deus terram, & ecce corrupta fuit, &c.* R. Eleazar filius Peratæ dixit. Ecce ille dixit, *g* *Non in seculum certabit cum homine spiritus meus.* Dixit Sanctus Benedictus Deus, Nolo ego illos judicare, donec iis duplicata fit merces eorum. Sicut dictum est, *h* *Dies suos in opibus consumunt,* *k* *Et annos eorum in voluptatibus, & quasi momento in sepulchrum descendunt.* R. Joses Galilæus dixit, Ecce ille

b Hoc e nomine ejus quidam colligunt מת ושלח. Mortuus est, & misit, sc. diluvium Deus.

c Gen. 7. 10.

d Noachi sc.

f Gen. 6. 12.

g Gen. 6. 3.

h Job. 21. 13.

k Job. 36. 11.

dicit, Non certabit. Dicit Sanctus Benedictus Deus, Nolo ego concupiſcentiam malam eum bona æquare, uſq; quo ſignatum ſit decretum judicis eorum, ſed ſignatum eſt decretum judicii eorum. Ambo æquales tunt in tranſgreſſione. Ille dixit, A juſtis abſtulit concupiſcentiam malam & bonam illis dedit, ſicut dictum

b Pſal. 109. 22. eſt, *b* Cor meum in me vulneratum eſt. A malis bonam abſtulit & concupiſcentiam malam illis dedit, ſicut

c Pſal. 136. 1. dictum eſt, *c Dixit tranſgreſſio impii in corde meo, quod non eſt timor Dei coram oculis ejus.* Intermediis hanc & illam dedit, cum qui ad concupiſcentiam malam venit, cum concupiſcentia mala judicabit, & qui ad bonam

d Pſal. 109. 31. venit a bona judicabitur, ſicut dictum eſt, *d Nam ſtabit ad dextram pauperis, ut eum a judicantibus animam ejus ſervet.* R. Simeon filius Eleazaris dixit, Ecce ille dixit, Non contendet. Dixit Sanctus Benedictus Deus. Seipſos non judicabant, quod caro & ſanguis ſint, ſed eſferebant ſpiritum ſuum *f* adverſus Deum dicentes ei,

f Heb. ſurſum verſus.

g Job. 21. 14. *g Recede à nobis.* R. Meir dixit Ecce ille dixit, Non contendet. Dixit Sanctus Benedictus Deus, Generatio illa dixit, Jehovah non judicabit, non eſt judex in mundo, Deus mundum dereliquit. *h* Rabbi dixit, Ecce ille dixit, Non contendet. Dixit Sanctus Benedictus Deus, Illi ſynedrium in terra non conſtituerunt, ego illis in alto Synedrium conſtituam.

h Hoc titulo Judæi R. Jehudam ornare ſolent.

Finis Capitis.

Cap. XXXIII.

Decem generationes a Noacho ad Abrahamum fuere. Et quid opus eſt, ut mundum ingredientes inde diſcant, niſi quod omnes illæ generationes rebelles coram eo fuere, nec una earum in viis Sancti Benedicti Dei ambulabant donec venit Abrahamus pater noſter,

&

& in viis Sancti Benedicti Dei ambulavit, ſicut dictum eſt, *b Propterea quod voci meæ auſcultavit Abrahamus, &c.* An legem unam *ſolam* ſervavit? Annon leges multas ſervavit? Docens, quod paraverat Sanctus Benedictus Deus Abrahamo patri noſtro duos renes ejus, quaſi duos ſapientes, qui eum inſtruebant, & docebant ſapientiam quavis nocte, ſicut dictum eſt, *c Benedicam Jehovæ, qui conſilium mihi dedit, me etiam renes mei ſingulis noctibus inſtruunt.* Et nihil præterea *obſervandum eſt*, niſi quod Abrahamus pater noſter inprimis juſtitiam fecit, & poſtea judicium, ſicut dictum eſt, *d Quia novi eum, quod mandaturus ſit, &c.* Quando venerunt coram Abrahamo patre noſtro duo *f* litigantes in judicio, & dixit unus contra alterum, Hic mihi libram dedit. Eduxit Abrahamus pater noſter libram e ſuo, & dedit ei, dixitq; iis, Litem veſtram coram me diſponite, & eam diſpoſuerunt. Quoniam unus alteri debitor repertus fuit, dixit ei, in cujus manu libra fuit, Da libram ſocio tuo. At ſi non *vis*, dividite, quod inter vos eſt, & in pace dimiſſi ſunt. At David rex non ita fecit, ſed judicium prius fecit, deinde juſtitiam, ſicut dictum eſt, *g Et fecit David judicium, & juſtitiam omni populo ſuo.* Quando litigantes ad contendendum coram Davide reges venerunt, dixit unus, Hic mihi minam debet. Dixit illis, Ordinate mihi lites veſtras, qui lites eorum ordinabant. Quando apparuit unum coram alteri minam debere, minam e ſuo eduxit, & ei dedit. Et ſi recuſaverunt, dixit illis, Dividite quod inter vos eſt. Sic in pace dimiſſi ſunt. Decem tentationibus tentatus fuit Abrahamus pater noſter coram Sancto Benedicto Deo, & in his omnibus integer repertus eſt. Hæ ſunt illæ. Duæ in *h Vade tibi.* *k* Duæ in duobus filiis ejus. *l* Duæ in duabus uxoribus ejus. *m* Una cum regibus, & *n* una inter partes. *p* Una in Ure Chaldæorum, & *q* altera in fœdere inter partes *inito*. Quando venit Abrahamus pater noſter ad accipiendum mercedem ejus, dixerunt Angeli, Ampliorem

b Gen. 26. 5.

c Pſal. 16. 7.

d Gen. 19. 19.

f Heb. *domini judicorum vel, litium.*

g 2 Sam. 8. 15.

h Gen. 12. 1.
k Gen. 21. & 22. *cap.*
l Gen. 16. & 20. *cap.*
m Gen. 13.
n Gen. 15.
p Gen. 11. 31.
q Gen. 15. 17.

rem nobis omnibus, ampliorum omnibus mercedem æquum est ut Abrahamus pater noster recipiat, sicut dictum
b Eccl 7. 9. est, *b Abi, comede panem tuum non sine gaudio, & vinum tuum cum lete bibito.* Quemadmodum decem tentationibus tentatus fuit Abrahamus pater noster, & in illis omnibus integer repertus, similiter posteris ejus in Egypto decem signa dedit Sanctus Benedictus Deus. Similiter & decem mandata dedit. Similiter decem miracula pro Israele juxta mare facta sunt. Similiter decem plagas Egyptiis inflixit. In mare Israelitæ contra eos voce sua murmurabant: similiter Sanctus Benedictus Deus
c Job. 37. 5. voce contra illos intonuit, sicut dictum est, *c Intonuit Deus voce sua mirabiliter.* Egyptii cum arcu & sagittis venerunt, & Sanctus Benedictus Deus, arcu & sagittis
d Hab. 3. 8. contra eos revelatus fuit, sicut dictum est, *d Arcus tuus*
f Psal. 18. 14. *plene nudatus fuit.* Et dictum est, *f Et emisit sagittas ejus, eosq; dispersit.* Ægyptii contra eos cum gladiis venerunt. Similiter Sanctus Benedictus Deus contra illos cum
g Psal. 18. 14. gladiis, & jaculis venit, sicut dictum est, *g Et emisit sagittas ejus, & dispersit eos, & fulgura jaculans eos fudit.*
b Ezech. 21 9. At non est fulgur nisi gladii, sicut dictum est, *b Gladius acutus factus est, atq; etiam expolitus.* Ut mactationem mactet, acutus factus est; ut fulgur ei sit, expolitus est. Et Ægyptii clypeis & scutis se efferebant. Similiter Sanctus Benedictus Deus fecit, sicut dictum est, *Apprehende clypeum, & scutum, & in auxilium meum surgito.* Ægyptii cum hasta venerunt, & sic Sanctus Benedictus
k Hab. 3. 11. Deus, sicut dictum est, *k Ad splendorem hastæ tuæ micantis.* Israelitæ cum lapidibus, & fundis venerunt, & Sanctus Benedictus Deus, se in illos lapidibus grandineis
l Psal. 18. 12. efferebat, sicut dictum est, *l Propter splendorem, qui coram eo fuit, nubes ejus spissæ transierunt, lapides grandinis, & carbones igniti.* Quo tempore juxta mare steterunt patres nostri, dixit illis Moses, Surgite, transite. Dixerunt ei, Non transibimus, donec appareat mare *m* in
m Heb. foramina foramina. foramina varia divisum. Extulit Moses virgam suam & mare percussit, & mare in foramina varia divisum
n Hab. 3. 14. fuit, sicut dictum est, *n Perforasti virgis ejus caput villarum*

larum ejus. Dixit illis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt illi, Non tranſibimus, donec factum ſit mare *b* vallis coram nobis. Percuſſit Moſes mare, & factum fuit vallis, *c Mare fidit, eoſq; tranſire fecit.* Dicitur etiam, *d Sicut beſtia in vallem deſcendit.* Dixit illis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt ei, Non tranſibimus, donec in partes varias coram nobis diviſum ſit *mare*, ſicut dictum eſt, *f Dividenti mare rubrum in partes.* Dixit illis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt ei, Non tranſibimus, donec fiat nobis cumulus. Extulit Moſes virgam & mare percuſſit, & factum eſt coram illis *g* lutum, ſicut dictum eſt, *h Per mare cum equis tuis ambulaſti, per cumulum aquarum magnarum.* Dixit illis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt, Non tranſibimus, donec fiat coram nobis deſertum. Extulit Moſes virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *k Et ambulare fecit eos in profundis, quaſi in deſerto.* Dixit illis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt ei, Non tranſibimus, donec factum ſit coram nobis fragmenta varia. Accepit Moſes virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *l Tu robore tuo mare diviſiſti.* Dixit iis Moſes, Surgite, & tranſite. Dixerunt ei, Non tranſibimus, donec factum ſit coram nobis rupes variæ. Accepit virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *m Fregiſti capita draconum ſuper aquas.* Dic, capita draconum nonniſi ſuper petras franguntur. Dixit iis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt, Non tranſibimus, donec fiat nobis arida. Accepit Moſes virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *n Mare in aridam mutavit.* Dicit etiam, *p Et filii Iſraelis in arida ambulabant in medio maris.* Dixit iis Moſes, Surgite, tranſite. Dixerunt, Non tranſibimus, dum fiant coram nobis muri. Accepit Moſes virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *q Et fuere illis aquæ murus a dextra, & a ſiniſtra eorum.* Dixit iis Moſes, Tranſite. Dixerunt, Non tranſibimus donec fiat coram nobis utres. Accepit Moſes virgam, & mare percuſſit, ſicut dictum eſt, *r Fluctus ſteterunt erecti ut cumulus.* At

b Valles, quaſi e montibus fiſſæ videntur ſic tunc & mare.
c Pſal. 78. 12.
d Iſa. 63. 14.
f Pſal. 135 13.
g i. murus luteus.
h Hab. 3. 13.
k Pſal. 106 9.
l Pſal. 74 13.
m Pſal. 74. 13.
n Pſal. 66 6.
p Exod. 14. 22.
q Exod. 14. 22.
r Exod. 15. 8.

quomodo patet, quod inter partes descenderit ignis easq;
b Isa. 64. 2 linxerit? Quia dictum est, b *Sicut quando ignis liquefaciens urit, ignis aquas fervefecit, ut nomen tuum notum fiat adversariis tuis.* Utres autem trahebant oleum & mel in ora sugentium, & illi ex iis suxerunt, sicut dictum est,
c Deut. 32. 13. c *Et mel e petra eum sugere fecit.* Et sunt, qui dicant eum adduxisse iis aquas viventes e mare, quas in medio partium bibebant, quia aquæ maris salsæ erant, sicut
d Exod. 15. 8. dictum est, d *Fluenta.* At non sunt fluenta, nisi dul-
f Cant. 4. 15. cia, sicut dictum est, f *Puteus aquarum viventium, & fluenta e Libano.* Et fuere nubes glorioſæ super eos, ne sol in eos irrueret. Et sic transierunt Israelitæ, ut dolore non afficerentur. R. Eleazar dixit, Abyssus operuit super eos superne, & juxta eas transierunt Israelitæ, ita ut dolore non afficerentur. R. Eleazar, & R. Simeon dixerunt, Aquæ superiores, & inferiores
g Exod. 14. 27. Ægyptios subverterunt, sicut dictum est, g *Et subvertit Jehovah Ægyptios in medio maris.*

Finis Capitis.

Cap. XXXIV.

Decem tentationibus tentavit Sanctus Benedictus Deus patres nostros, & in omnibus illi integri reperti non fuere. Et hæ sunt. In deserto in planitie juxta mare rubrum. In deserto inquam quando vi-
b Exod. 32. 8. tulum fecerunt, sicut dictum est, b *Fecerunt sibi vitulum fusilem.* In planitie propter aquas, sicut dictum est,
k Exod. 17. 3. k *Et sitiebat ibi populus propter aquas.* Juxta mare rubrum, quia juxta mare rubrum rebellarunt. Et sunt qui di-
l Judic. 17. 1, &c. cant hoc fuisse l sculptile Michæ. R. Jehudah dixit,
m Psal. 106. 7. Rebellarunt juxta mare. Rebellarunt in medio ma-
n Deut. 1. 1. ris, sicut dictum est, m *Et rebellarunt juxta mare, in*
p Num. 14. 1. *mare rubro.* Inter n Paranam in p exploratoribus.

Et

Et inter *b* Tophelam. Hæc sunt verba murmurationis quæ *c* propter Mannam murmurabant. Et *d* Labanam. Hæc fuit *f* divisio Corachi. Et *g* Hazerotham. Propter *h* coturnices. Ecce septem. Et in alio loco ille dicit, *k* *Et in Tabera*, & in Massa & in *l* Dizahaba. Dixit illis Aharon. *m* Sufficiat vobis peccatum aureum, quod vitulum produxit. Et R. Eleazar filius Jacobi dixit hoc esse peccatum illud propter quod vapulant Israelitæ ab eo tempore usq; ad mortuorum resurrectionem. Decem nominibus gloriosis appellatur Sanctus Benedictus Deus. Et hæc sunt, *n* Nomen Adonai, & Jah, Elohim, Eloah, Eloheca, Elochem, El, Ehieh asher ehieh, Shaddai, Tsebhaoth. Dixit R. Joses, portio nostra supra *p* Tsebaoth. Sicut dictum est, *q* *Et præficient duces Tsebaoth in capite populi.* Decem nominibus appellantur idola, nomine dedecoroso. Et hæc sunt, Abominationes, Dii stercorei, Fusilia, Imagines, Idola, Luci, Statuæ solares, Dolores, Mœror, & Teraphim. Duæ sectiones dictæ in lege cum distinctione *r* parva notantur. At ubi est illa distinctio parva? *s* *Evenit autem cum arca procederet*, &c. R. Simeon filius Gamalielis dixit, quod hæc sectio e loco suo eradicabitur, & in loco simili scribetur, *t* *Et Jonathan filius Gershomi filii Manassis.* Fuitne ille filius Manassis? Annon filius Mosis fuit? Sed quia opera ejus operibus paternis similia non fuere, idcirco *u* de Manasse dubitant. Cui simile est, *x* *Hi sunt duo uncti, qui stant coram Domino totius terræ?* Hi sunt Aharon, & Messias. Et nemo scit, quis ex illis *magis* dilectus sit, Sicut ille dicit, Juravit *y* *Jehovah, & non pœnitebit, Tu es sacerdos in perpetuum.* Scito regem Messiam magis dilectum

b Deut. 1. 1.
c Exod. 16. 2.
d Deut. 1. 1.
f Num. 16 1.
g Deut. 1. 1.
h Num. 11. 4. *k* Deut. 9. 22.
l *Errat hic Rabbinus. Est enim Dizahaba,* Deut. 1. 1. *non in hoc loco.*
m *Alludit ad verbum* רי זהב *quasi* רי זהב *Sufficiat aurum. Par. Chald. legit* Deut. 1. 1. *& quia fecerunt vitulum aureum.*
n *Heb. Nomen Aleph Daleth, & Jod Vau. Ac si scriptum esset* אר *pro* אדני, *&* יה. *Sic sunt decem nomina, & Vau interpositum non ante Daleth, sed ante Jod ostendit hæc duo esse nomina. Jehovah non additur, quia nomen illud pronuntiare illicitum est apud Judæos, qui pro eo legunt Adonai. Si quis conjecturam meliorem afferre potest, licet.*
p *i. Deum ut vult R. Joses.*
q Deut. 20. 9.
r *i. litera parva ante initium.*
s Num. 10. 35.
t Judic. 18 31.
u *Vel, a Manasse pendent.*
x Zech 4. 14.
y Psal. 110. 4.

lectum esse, quam sacerdotem *b* Zedechum. Ecce ille dixit, *c Suffodit eam porcus silvestris*; Et suffodit eam porcus e flumine. Scriptum est, Suffodit eam porcus e silva, quia quando Israelitæ voluntatem Dei non fecere, populi terræ, ut porcus silvestris contra illos apparebant. Quid est porcus silvestris? *d* Vitæ occisor, & bestias lædens, & filios hominis verberans. Sic quamdiu Israelitæ voluntatem Dei non fecerunt, populi terræ eos interficiebant, verberabant, & lædebant. Sed quamdiu Israelitæ voluntatem Dei fecerunt, populi terræ non sunt in eos dominati, sicut porcus e flumine. Quid est porcus e flumine? Ille vitam non aufert, neq; homines lædit. Sic quamdiu Israelitæ voluntatem Dei fecerunt, nulla erat natio, aut lingua, quæ illos interficiebat, lædebat, aut verberabat. Ideoq; scriptum est Porcus e flumine. Decem sunt *verba*, *f* punctata in lege. Hæc sunt. *g Judicet Jehova inter me & te.* Super Jod in בֵּינִי est punctum. Docens quod non locuta est Sarah *h* ei, sed de Hagara. Et sunt qui dicant *k* De ambulantibus inter te & me. *l Et dixerunt ei, ubi est Sarah?* Puncta sunt super Aleph Jod Vau in אַיּוֹ quia eam cognoscebant *ubi fuit*, & nihilominus post eam inquirunt, *ubi fuerit*. Punctum est super, *m* dum *cubaret illa, aut dum exurgeret.* Punctum est super Vau בְּקוּמָהּ. Docens, quod non senserit, donec *filia ejus* natu minor surrexisset. Cui simile est, *n Et cucurrit Esau in occursum ejus, eumq; amplexatus est, & in collum ejus ruit, & eum osculatus est.* וַיִּשָּׁקֵהוּ totum punctatum. Docens, quod non in veritate eum osculatus est. R. Simeon filius Eleazaris dixit, *p* verum fuit hoc osculum. At alii omnes dicunt non fuisse ea vera. Huic simile est, *q Et exierunt fratres ejus ad pascendum gregem paternum in Shecema.* Punctum est super אֶחָיו Docens, quod non ad pascendum gregem ibant, sed ad comedendum & bibendum, & ad dilatandum. Simile est, *r Hi sunt numerati, quos Moses & Aharon numeraverunt.* Punctum est super Vau in וַאֲהָרֹן. Quare? Do-

b Melchizedechum, ut e locutato patet. Multo magis quam Abatonem

c Psal. 80. 13.

d Heb. animarum.

f Quæ punctum habent supra ea, non vocalem sed mysterii alicujus indicium.

g Gen. 16. 5.

h Abrahamo sc.

k Sc. ut falsis rumoribus sparsis iram inter nos excitem.

Lev. 19. 16.

l Gen. 18. 9.

m Gen. 19 33.

n Gen. 33. 4.

p Ille contra aliorum sententiam Esavum jam Iacobum dilexisse judicat.

q Gen. 37. 12.

r Num. 1. 44.

Docens Aharonem in numero illo incluſum non fuiſſe. Simile eſt *b Aut in via remota.* punctum eſt ſuper He in רוחקה. Docens non fuiſſe *viam* remotam, niſi a limine atrii foras uſque. Simile eſt, *c Eos deſolavimus uſq; ad Nopham uſq; ad.* Punctum eſt ſuper Reſh in אשר. Quare? Docens eos deſolaviſſe populos, non autem provincias. *Alii dicunt*, quod non deſolarunt populos, ſed provincias. *d Et decimam decimam.* Dictum de die bono primo feſti tabernaculorum. Punctum eſt ſuper עשרון Quare? Docens non debere illic eſſe niſi unam decimam. Simile eſt, *f Secreta ad Jehovam Deum noſtrum, revelata ad nos & liberos noſtros pertinent.* Punctum ſuper ולבניכר לנו & ſuper Gnain in עין Quare? Niſi quia ſic dixit Ezra, Si Elias veniens ſic dicat mihi, Quare ſic ſcripſiſti? Dicam ei, olim ſuper ea puncta poſui. Et ſi dicat mihi, Pulchre ſcripſiſti, Punctum a capite eorum auferam. ויא undecies in lege legitur. Primus locus eſt, *g Rex Belæ, ea eſt Zoar.* *h Annon ille dixit mihi, Soror mea eſt, & ipſa etiam dixit, Frater meus eſt?* *k Eductam miſit ad ſocerum ſuum dicendo.* *l Et ſi beſtia ulla de qua vobis edere m licet, moriatur.* *n Et ipſa mutavit pilum in album.* *p Sed eſt contracta.* *q Et illa nuditatem ejus viderit.* *r* Patrem ſuum illa *profanat.* In cauſa Zelotypiæ, *ſ Et abſconditum ſit, & illa polluta ſit, & illa non apprehendatur, ſed ſpiritus zelotypiæ eum invadat, & ille zelotypia affectus ſit erga uxorem ſuam, & illa polluta ſit.* Decies deſcendit in mundum præſentia divina. Inprimis in horto Edenis, ſicut dictum eſt, *t Et audiverunt vocem Jehovæ Dei ambulantes in horto.* Unde in *u* elevatione turris, ſicut dictum eſt, *x Et deſcendit Jehovah, ad videndum urbem & turrem.* Poſtea in Sodomam, ſicut dictum eſt, *y Deſcendam mane, ut videam, an ſit ſecundum clamorem eorum, qui ad me venit.* Iterum in Ægyptum, ſicut dictum eſt, *Et deſcendi, ut e manu Ægyptiorum eos liberarem.* Et ſemel juxta mare, ſicut dictum eſt, *z Et cœlos inclinavit, & deſcendit.* Iterumq; in Sinai, ſicut dictum eſt, *a Et deſcendit Jehovah*

b Num. 9.10.
c Num.21.30.
d Num.29.15.
f Deut.29 29.
g Gen.14.2.
h Gen. 20 5.
k Gen. 38.25.
l Lev.11. 39.
m Rabbinus addit לא *non. ſed non eſt in textu.*
n Lev.13. 10.
p Lev. 13 21.
q Lev. 20. 17.
r Lev. 21 9.
ſ Num. 13.14.
t Gen. 3. 8.
u ברו *pro* כרו *vel pro* ברוך *in loco.*
x Gen. 11. 5.
y Gen. 18. 21.
z Pſal. 18.9.
a Exod.19. 20.

super montem Sinai. Domum in Sanctuario, ſicut dictum eſt, *b Porta hæc clauſa erit, neq; aperietur.* Atq; etiam in columna nubis, ſicut dictum eſt, *c Et deſcendit Jehovah in nube.* Deniq; deſcenſus Dei futurus eſt in diebus Gog & Magog, ſicut dictum eſt, *d Et ſtabunt pedes ejus in die illo ſuper montem olivarum.* *f* Decem gradus ſunt, quibus aſcendit præſentia divina e loco in locum. A propitiatorio ad Cherubinum, & a Cherubino ad limen domus, & a limine domus ad duos Cherubinos, & a duobus Cherubinis ad tectum templi, & a tecto templi ad murum atrii, & a muro atrii ad altare, & ab altari ad urbem, & ab urbe ad montem domus, & a monte domus ad deſertum. A propitiatorio ad Cherubinum, ſicut dictum eſt, *g Et equitavit ſuper Cherubinum, & volavit.* A Cherubino ad limen, ſicut dictum eſt, *h Et aſcendit gloria Jehovæ a Cherubino ad limen domus.* A limine domus ad duos Cherubinos, ſicut ſcriptum eſt, *k Et exaltata fuit gloria Jehovæ a limine domus, & aſcendit ſuper Cherubinos.* A Cherubinis ad tectum templi, ſicut dictum eſt, *l* Melius eſt *habitare in angulo tecti.* A tecto ad murum atrii, ſicut ſcriptum eſt, *m Et ecce Jehovah ſtetit juxta murum libellæ.* Et a muro atrii ad altare, ſicut dictum eſt, *n Vidi Jehovam conſiſtentem ſuper altare.* Et ab altari ad urbem, ſicut dictum eſt, *p Vox Jehovæ ad urbem clamat.* Et ab urbe ad montem, ſicut dictum eſt, *q Et ſtabunt pedes ejus in die illo ſuper montem olivarum.* A monte ad deſertum, ſicut dictum eſt, *r Melius eſt habitare in terra deſerta.* Et ſemel, quando aſcendit ſurſum verſus, ſicut dictum eſt, *ſ Ibo, & ad locum meum redibo.* Decem nominibus appellatur Propheta. Hæc ſunt, nuntius, fidelis, ſervus, miſſus, videns, vigil, aſpiciens, ſomnians, propheta, vir Dei. Decem nominibus appellatur ſpiritus ſanctus quæ ſequuntur; Proverbium, parabola, ænigma, ſermo, locutio, gloria, mandatum, onus, prophetia, viſio. Decem nominibus appellatur gaudium, qualia ſunt, lætitia, gaudium, exultatio, acclamatio, tripudiatio, hinnitus,

b Exech. 44.2.
c Exod. 34.5.
d Zech. 14. 4.
f Deeſt hic deſcenſus unus.
g Pſal. 18. 10.
h Ezech. 9. 3.
k Ezech. 10. 18.
l Prov. 21. 9.
m Am. 7. 7.
n Am. 9. 1.
p Mic. 6. 9.
q Zech. 14. 14.
r Prov. 21. 19.
ſ Hoſ. 5. 15.

hinnitus, præsultatio, hilaritas, exclamatio, & sunt qui appellant gloriam gaudium. Decem appellantur viventes. Sanctus Benedictus Deus appellatur vivens, *b Sed Iehovah Deus verus est, Deus vivens.* Lex dicitur vivens, sicut dictum est, *c Arbor vitæ est illa apprehendentibus eam, & eam retinentium quisq; beatus est.* Israelitæ dicuntur viventes, sicut dictum est, *d Et vos qui Iehovæ Deo vestro adhæsistis, vos omnes hodie vivitis.* Justus dicitur vivens, sicut dictum est, *f Fructus justi est arbor vivens.* Hortus Edenis dicitur vivens, sicut dictum est, *g Et arbor vitæ in medio horti.* Terra Israelis dicitur vivens, sicut dictum est, *h Et gloriam in terra viventium ponam.* Hierosolyma dicitur vivens, sicut dictum est, *Ambulabo coram Iehova in terris viventium.* Remuneratio sanctorum dicitur vita, sicut dictum est, *k Quia melior vita est misericordia tua, labia mea te laudabunt.* Sapiens vocatur vivens, sicut dictum est, *l Lex sapientis fons vitæ.* Aquæ vocantur viventes, sicut dictum est, *m Die illo exibunt aquæ viventes ex Hierosolyma.*

b Jer. 10. 10.
c Prov.
d Deut. 4. 4.
f Prov. 11. 30.
g Gen. 2. 9.
h Ezech. 26. 20.
k Psal. 63. 3.
l Prov. 13. 14.
m Zech. 14. 8.

Finis Capitis.

Cap. XXXV.

Decem signa facta fuere patribus nostris in domo sanctuarii. Non abortivit fœmina præ odore carnis sanctæ a seculo. Non irruit homo *in alium* Hierosolymis. Neq; impegit quis Hierosolymis a seculo. Non cecidit incendium Hierosolymis a seculo. Neq; *n* abortivum fuit Hyerosolymis a seculo. Non dixit quis socio suo, Non inveni furnum ad assandum *p* paschata Hierosolymis a seculo. Non dixit quis socio suo, Non inveni lectum ubi dormirem Hyerosolymis a seculo. Non dixit quis socio suo, Angustus nimis est locus mihi, quam ut Hierosolymis per-

n *Vel, ruina.*
p *i. agnos Paschales.*

pernoctem. Non fuit Hierosolyma pestibus polluta. Non fuit separanda mulier in urbe expellenda. Neq; fuerunt qui *b* sentinas permitterent in canales, quæ multitudini paterent propter tabernaculum mortui, & impuritatem. Neq; mortuum in ea pernoctare permittunt. Neq; ossa humana per eam transire permittunt. Neq; locum illic peregrino aut inquilino faciunt. Neq; arbores illic plantant, nisi in hortis descendentibus quæ fuerunt illic a diebus prophetarum priorum. Neq; sepulchra in ea faciunt præter sepulchra domus Davidis, & Huldæ prophetissæ, quæ a diebus Prophetarum priorum illic fuere. Et quando sepulchra purgant, cur non purgant illa? Dicunt prophanationem illic futuram, quia ejectio impuritatis ad torrentem Kidron fieri solita fuit. Neq; plantationem illic plantabant, neq; hortos aut paradisos præter hortos descendentes, quia diebus prophetarum priorum illic fuerant. Neq; anseres aut gallos ibi educabant. Neq; opus est dicere, porcos *illic non fuisse educatos*. Neq; sterquilinia illic faciunt propter impuritatem. Neq; contumacem, aut rebellem ibi permisere. Verba R. Nathanis, ubi dictum est, *d Et apprehendent eum pater & mater ejus, eumq; ad seniores urbis ejus educent, & ad portam loci ejus.* Non est hæc *f* urbs ejus neq; locus ejus. Non vendunt in ea domus a fundo, & superius. Neq; craticula conjuncta in medio illius post duodecim menses. Neq; lectorum aut stratorum mercedem in ea accipiebant. R. Jehudah dixit, certe mercedem lectorum & stratorum accipiebant. Quid de pellibus *g* sanctorum actum fuit? Eas *h* hospitibus dederunt. R. Simeon filius Gamalielis dixit, *Dederunt eas* peregrinis intra urbem, & hospitibus extra urbem. Peregrini hi oves denudabant, & pelles earum figurantes, quæ pulchræ effectæ quatuor aut quinq; siclis æstimarentur, illas *k* principibus Israelis dantes ea causa sunt *l* remunerati. Scriptura una dicit *m* tribu una tuarum, altera, *n* ex omnibus tribubus vestris. In una tribuum tuarum

b Heb. גזוטואות *cui respondet verbum Anglicum* Gutters *Forte verbum exoticum.*

c Forte ורידם *pro* ורדים *vel* הולדים *ut prius. vel, & arationes a* רדה *arare. Vel, viridiaria.*

d Deut. 21. 19.

f Non ad seniores urbis ubi habitat, sed Hierosolymam eum adducere debent. Vel, non est ista civitas vel locus ejus.

g i. sacrificiorum.

h Dominis hospitii.

k Heb. dominis virorum Israelis.

l Vel, mercede conducti.

m Deut. 12. 14.

n Deut. 12. 5.

tuarum. Hæc eſt tribus Jehudæ & Benjaminis. Ex omnibus tribubus veſtris. Hæc eſt Hieroſolyma, quia omnes Iſraelitæ in illa conſociati ſunt. Quid fuit in portione Jehudæ? Domus montis, cubicula, & atria. Quid fuit in portione Benjaminis? Templum, & porticus, & domus ſanctorum ſanctorum. Et in capite *b* bos exiens & ingrediens, & rediens poſtea *c* purus fuit Benjamin, & factus hoſpes *d* Dei, ſicut dictum eſt, *f Et inter humeros ejus habitabit.* R. Jehoſhuah filius Levi dixit, Ea hora ſcio *g* domum electam figi debere inter limites Jehudæ & Benjaminis. Ibo & ordinabo cinerem Jerichuntis. Quis eos omnes devoravit? Num duo filii Keni ſoceri Moſis? Sicut dictum eſt, *h Et filii Keni ſoceri Moſis aſcenderunt ex urbe palmarum, &c.* Dicunt, quod quando revelabit Sanctus Benedictus Deus divinam præſentiam ſuam, mercedem Jethroni & filiis ejus dabit. Nutriti ſunt filii Jethronis propter *k* eleemoſynam, ſicut dictum eſt, *l E familia ſcribarum inhabitantium Jabezum. Et dictum eſt, m Hi fuere figuli, & habitantes inter plantas, &c.* Homines fuere poſſeſſores domuum, agrorum, & vinearum. Habitarunt illic propter opus regis regentium reges Sancti Benedicti Dei. Cum rege in regno ejus illic habitabant, ubi abierunt ad Jabezum ad legem diſcendam, & facti ſunt ea hora populus terræ. Fuit autem Jabezus vir bonus, & rectus, & verax, & ſedens, & inquirens in lege, ſicut dictum eſt, *n & Jabezus Deum Iſraelis invocavit.*

Decem ſigna facta patribus noſtris in domo ſanctuarii fuere. Nunquam viſa fuit muſca in domo meditationis. Neq; accidit Pontifici maximo ſeminis effuſio in die expiationum, niſi Iſhmaeli filio Quimchithi, qui ad confabulandum cum principe quodam exiit, & ſparſum fuit ſputum ex ore ejus, *quod* ſuper veſtes ejus cecidit. Et ingreſſus frater ejus in pontificatu maximo illius vice miniſtrat. *p* Et videns eas incluſit eum. Dic ſecundo ſacerdotes principales id viderunt, & ſapientes, & dixerunt, *q* Quid meritus es? Et dixit, A ſe-

b Vel, turtur. Talm. Baſi. legit. Et in montis vertice exiens &c.

c Vel, mersit. Ingredi, ſc.

d Heb. potentia.

f Deut. 33. 12.

g Templum, quod Deus ſibi in habitaculum peculiare elegit.

h Judic. 1.

k Forte quia Moſen indigentem recepere. Exod. 2.

l 1 Chron. 2. 55.

m 1 Chron. 4. 23.

n 1 Chron. 4. 10.

p Frater videns veſtes ſordidas eum ſecluſit. Vel, Et cum apparuere ſordes illæ in eo revelata.

q Quodnam meritum eſt in manu tua?

culo non viderunt crines capitis mei trabes domus meæ. A seculo non irruit quis in alium Hierosolymæ, neq; læsit in sanctuario. A seculo non abortivit fœmina præ odore carnis sanctæ. Neq; a seculo sacerdotes sacris includebant. A seculo non accidit, ut cum multi fuerant, qui a sanguine sanctorum comederent, aquas Siloæ bibere coacti fuerint. Concoctus fuit in visceribus eorum cibus, quam cito comederunt. A seculo nil abominabile repertum est in manipulo, aut in duobus panibus, aut in panibus facierum. Vas testaceum, quod in loco *b* ejus fractum fuit, absorptum fuit fragmentum ejus. Non prævaluit ventus adversus columnam fumi ex incenso ortam, quo tempore ab altari exiit, sed columna ascendit instar virgæ erectæ usq; dum firmamentum tetigerit. Stabant compressi, & incurvantes se venti, quando Israelitæ ad colendum patrem eorum in cœlis ascendebant. Quando illi sedebant, depulsi erant. Nemo potuit digitum suum inter eos extendere. Signum majus illis omnibus fuit. Forte centum homines curvi una vice aderant. Custos congregationis proclamans dixit, Parate locum fratribus vestris, & illi fuerunt dilatati. Signum in atrio factum fuit. Omnes Israelitæ ingressi sunt in atrium. Atrium eos comprehendit. Signum his omnibus majus. Quando Israelitæ orantes stabant, coarctati sunt, ita ut nemo potuit digitum ejus inter eos extendere. At quando se incurvabant, factum est spatium inter illos juxta plenam staturam hominis. R. Simeon filius Gamalielis dixit, Futurum est, ut gentes omnes Hierosolymis congregentur & omnia regna, sicut dictum est, *c Et omnes gentes ad eam congregabuntur ad nomen Jehovæ.* Ille dixit præterea, *d Congregentur aquæ.* Quid inde sequitur? Collectio omnium aquarum in loco uno. Simile est collectio omnium hominum illic memorata, sicut dictum est, Et ad eam gentes omnes congregabuntur.

b Dei. i. in templo.

c Jer. 3. 17.

d Gen. 1. 9.

Finis Capitis.

CAP.

Cap. XXXVI.

HOmines Sodomæ non resurgent, neq; in judicium venient, sicut dictum est, *b Et homines Sodomæ improbi, & peccatores.* Improbi hic adversus illum, & in revelatione nuditatis, peccatores: in Jehovam autem in profanatione summa nominis *divini*, ita ut ad iram parati fuerint. Verba R. Eleazaris. R. Jehoshuah dixit, venient illi in cœtum impiorum, ut judicentur, & rationem reddant; at in congregatione justorum non stabunt, sicut dictum est, *c Neq; peccatores in congregatione justorum.* R. Nehemiah dixit, Forte in cœtum impii non venient, sicut dictum, *d Peccatores e terra consumentur, & improbi dum non sint.* Infantes filii impiorum non resurgent, neq; judicabuntur, sicut dictum est, *g Quia ecce dies venit ardens ut fornax.* Verba R. Eleazaris. R. Jehoshua dixit, Non veniunt, & de illis dictum est, *b Elata voce clamavit, & sic dixit, Arborem excindite, & ramos ejus amputate, folia ejus excutite, & fructum ejus dissipate.* Et dictum est, *k Verumtamen fundamentum radicum ejus in terra permittite cum vinculo ferreo, & æreo.* Dicitur *l* illic, radices ejus, & *m* illic dicitur radices ejus. Quid est radices ejus priore loco memoratæ? In corpore arboris. Similiter radix, de qua posteriore loco dicitur, est corpus humanum, *de quo* scriptura loquitur: Si ita sit, quid inde determinabo, quod non relinquetur ei radix, aut ramus, nisi quod reperietur illis puritas cui innitantur? At alii dicunt, venient *in judicium*, & de illis dictum est, *Hic dicet, Ego Jehovæ sum, & hic* nomine Jacobi se vocabit, & ille manu *sua Jehovæ subscriptionem dabit, & sibi cognomen Israelis imponet.* Hic dicit, Jehovæ ego sum. Hi sunt justi perfecti. Et hic nomine Jacobi se vocabit. Hi sunt parvi filii improborum. Et hic manu sua Jehovæ subscriptionem dabit. Hi sunt improbi qui a viis suis separati

b Gen. 13. 13.

c Psal. 1. 5.

d Psal. 104. 34.

f Heb. parvi.

g Mal. 4. 1.

b Dan. 4. 14, 15.

k Dan. 4. 33.

l In visione, v. 15.

m In interpretatione, v. 23.

n Isa. 44. 5.

parati ad eos reversi sunt, at respuerunt. Et sibi cognomen Israelis imponet. Hi sunt proselyti populorum terræ. Corah & congregatio ejus non resurgent neq; judicabuntur, ficut dictum eſt, *b Et operuit eos terra.* Verba R. Eleazaris. R. Jehoſhuah dixit, venient in judicium, & de illis dicitur, *c Iehovah interficit, & reſuſcitat, ad ſepulchrum dejicit, & reaſcendere facit.* Mentio hic fit *d* ſepulchri, ſicut illic. Quid ſibi vult ſepulchrum cujus hic mentio fit, Dejiciens & reaſcendere faciens? Etiam illic deſcenſum in ſepulchrum, & aſcenſum ex eo futurum docet. Dixit de eo R. Eleazar, Quid ego inde determinabo; Et operuit eos terra, & e medio congregationis perierunt? Dictum eſt, E medio congregationis peribunt, *non dicitur*, E ſeculo futuro peribunt. Et generatio *rebellium* in deſerto non reſurget, neq; judicabitur, ſicut dictum eſt, *f In hoc deſerto conſumentur, & ibi morientur.* Dictum eſt etiam *g Quibus in ira mea juravi, eos requiem meam nunquam ingreſſuros.* Verba R. Eleazaris. R. Jehoſhuah dixit, venient illi, & de illis dictum eſt, *Congregate mihi ſanctos meos, qui ſacrificio mecum fœdus pepigerunt.* Dixit ei, Accipe verba mea. Quid inde determinas, Quibus in ira mea juravi? Dixit illi, Hi ſunt exploratores, & omnes improbi in eo ſeculo univerſi. Dixit ei R. Jehoſhuah, Et quid tu determinas *ex eo loco*, Congregate mihi ſanctos meos? Dixit illi, Hi ſunt Moſes & Aharon, & omnes ſancti illius generationis e tribu Levi reſpiſcentes de verbis ſuis improbis, de illis illic dictum eſt, at de juſtis non eſt illic dictum. Et annon prius dictum eſt, *h Ibi Abrahamum, & Saram uxorem ejus ſepeliverunt?* Dicit etiam, *k In ſepulchro meo, quod mihi in terra Cananæa fodi.* Et dictum eſt, *l Et mortua eſt illic Miriama, & illic ſepulta.* Dictum eſt præterea, *m Et mortuus eſt illic Moſes ſervus Iehovæ in terra Moab juxta verbum Iehovæ.* R. Joſes Galilæus dixit, Non venient, ſicut dictum eſt, *n In hoc deſerto conſumentur, & illic morientur.* Et dictum eſt, *p Et juvencam illic in valle decollabunt.*

b Num. 16. 33.
c 1 Sam. 2. 6.
d *Vel, putei.*
f Num. 14. 35.
g Pſal. 95. 11.
h Gen. 49. 31.
k Gen. 50. 5.
l Num. 20. 1.
m Deut. 34. 5.
n Num. 14. 35.
p Deut. 21. 4.

collabunt. Quod hic dicitur de juvenca decollata, quod morietur, & illa ideo loco ſuo non revertitur, idem illic dicitur. Morientur, illi igitur e loco ſuo non movebuntur. At alii dicunt, venient illi, & de illis dictum eſt, *b Vade, & in auribus Hieroſolymæ clamato, &c.* Decem tribus non reſurgent, neq; judicabuntur, ſicut dictum eſt, *c Et e terra eorum eos eradicavit Jehovah.* R. Simeon filius Jehudæ dixit, Sicut abiit dies & non revertitur, ſic hi non revertentur. R. Aqiba dixit, Sicut dies caligat, & poſtea ſplendet, ſic caligo eorum in ſplendorem revertetur. R. Gamaliel dixit, Ecce ille dicit, *d Ut multiplicentur dies veſtri & dies filiorum veſtrorum.* Dictum eſt etiam, *f Non morientur patres pro filiis.* Quamdiu pater dies ſuos multiplicat, tam diu filius dies ſuos multiplicat. R. Joſes Galilæus R. Eleazari auxilium dat, & R. Gamaliel R. Jehoſhuæ. Septem ſunt, quibus nulla eſt portio in ſeculo futuro. Hi ſunt, Libellarius, & ſcriba, & medicorum optimus, & judex urbis ejus, & aruſpex, cuſtos, & lanius. Tres ſunt reges, & quatuor plebeii, quibus nulla eſt portio in ſeculo futuro. Tres reges, ſunt Jeroboamus, Achabus, Manaſſes. Quatuor plebeii, Bileamus, Doegus, Achitophel, & Gehazi. R. Jehudah dixit, Manaſſes prius reverſus eſt, ſicut dictum eſt, *g Et preces ad eum fudit, & ab eo exoratus fuit.* Dixit ei, Ecce ſcriptum eſt, *h Et eum Hieroſolymam reduxit,* illud autem facit *k* quod tu dixiſti, quia de regno ejus loquitur, Ad regnum eum reduxit, non ad vitam ſeculi futuri. R. Meir dixit, Non eſt Abſoloni portio in ſeculo futuro. R. Samuel filius Eleazaris dixit, Non eſt Jeroboamo, Achabo, aut Manaſſi, Baaſhæ, aut Abaziæ, aut ullis regibus Iſraelis, qui maleſecerint, portio in ſeculo futuro. R. Johannes filius Nurzi dixit, *l* Qui triſtitia Deum in ſignis ſuis afficit, non eſt ei portio in ſeculo futuro. Ille dixit, Qui vocem ſuam movet in canticum canticorum, & qui ſuper vulnus muſſitat, & ſuper vulnus ſpuens, & dicens, *m* Omnis

b Jer. 2. 2.
c Deut. 29. 28.
d Deut. 11. 21.
f 2 Chr. 25. 4.
g 2 Chron. 33. 13.
h Ibid.
k Heb. ſecundum verba tua.
l Pſal. 95. 9, 10.
m Exod. 15. 26.

morbus, &c. non est ei portio in seculo futuro. Et sapientes dixere. Quicunq; discipuli ramentum legit, & se separat, non est ei portio Jehovah, sicut dictum
b Num. 15. 31. est, *b Quia verbum Iehovæ contempsit.* Et dictum est,
c Jer. 2. 5. *c Quam iniquitatem in me invenere patres vestri, quod longe a me recessere?* R. Meir dixit, Cuicunq; est schola in urbe sua, & ille eam non adit, non est illi portio in seculo futuro. Et R. Aqiba dixit, Etiam qui discipulis sapientum non ministrat, non est illi portio in seculo futuro.

Finis Capitis.

Cap. XXXIII.

SEptem creaturæ sunt, quarum una præstantior est altera sequente. Supra eas omnes firmamentum creavit, supra firmamentum stellas creavit, quæ lucem mundo dant. Præ stellis arbores creavit, quæ fructus producunt, ubi stellæ nullos proferunt. Et præ arbo-
d Vel, spiritus ribus *d* ventos malos creavit, qui huc & illuc ambulant ubi arbores e loco suo non movent. Præ ventis malis animalia bruta creavit, quæ se congregant & comedunt, ubi venti mali nec se congregant, nec comedunt. Brutis meliorem creavit hominem, in quo est scientia, quæ non est in brutis. Homine meliores creavit Angelos ministerii a mundi extremitate una ad alteram ambulantes, quod homines non faciunt. Sex res in homine esse dicuntur, quorum in tribus brutis similis est, & in aliis tribus, Angelis ministerii similis est. In tribus Bruta refert, comedunt & bibunt *homines*, sicut bruta, & sicut illa fructificant, & multiplicant, & similiter excrementa ejiciunt. In tribus Angelos ministerii referunt. Est in illis intelligentia, sicut in angelis ministrantibus. Et similiter statura erecta incedunt. Et lingua sancta cum illis utuntur. Sex res de dæmonibus prædicantur. In tribus homines, &

in

in tribus Angelos ministerii referant. In tribus similes sunt hominibus. Edunt & bibunt, fructificant & multiplicant, moriuntur sicut homines. In tribus similes sunt Angelis ministerii. Sunt illis duæ alæ, & futura præsciunt, & ab una terræ extremitate ad alteram vadunt, sicut Angeli ministrantes. Et sunt qui dicant quod facies suas mutent, ita ut *alios* videntes *ipsi* non videantur. *b* Octo sunt Pharisæorum genera. Pharisæus Sichemæus. Pharisæus impingens. Pharisæus venam secans. Pharisæus *c* extinctus. Pharisæus *d* operans. Pharisæus *dicens*, quod debitum meum est, ego facturus sum. Et Pharisæus ex inclinatione *sua*, & Pharisæus ex timore. Octo res sunt in quibus multum difficile est, parum pulchrum, vinum, opus, somnus, & divitiæ, & via seculi, *f* aquæ calidæ, concubitus, & aspectus sanguinis. Septem rebus creavit Sanctus Benedictus Deus mundum suum. Hæ sunt, scientia, excellentia, increpatione, justitia, judicio, benignitate & misericordiis. Et sicut septem rebus creavit mundum suum, ita septem creavit, patres tres, & matres quatuor. Septem proprietates sunt, quæ coram throno gloriæ inserviunt. Hæ sunt, sapientia, justitia, & judicium, benignitas, & misericordia, veritas & pax, sicut dictum est, *g* Et *desponsabo te mihi in seculum, & desponsabo te mihi in justitias judicio, & benignitate & in misericordiis, & desponsabo te mihi in veritate, & cognosces* me esse Jehovam; Docens quod omnis homo, qui omnes has proprietates habet, scientiam Dei habet. Septem habitacula sunt, sc. Supremum, infimum, aer mundi, & quatuor superiora. R. Meir dixit, *h* Septem sunt firmamenta. Hæc sunt, velum, firmamentum, nubes, habitatio, habitaculum, sedile, planities. Ex oppositio eorum terra septem nominibus appellatur, sc. Terra, solum, fundus, ficca, arida, orbis, mundus. Quare vocatur Tebel orbis? Quia *terra* est *k* pars orbis. Expositio alia. *l* Quia mos ejus est congregare, non autem expellere.

b Septem memorantur in Bux. Lex. Chal. Tal. Rab. in voce תבל, vid. illic.
c Vel, incurvatus.
d Heb. cui est opus.
f Vel, balnea.
g Hos. 2. 19. 20.
h i. Septem nominibus appellatur firmamentum, ut expositione sequente patet.
k Vel, consuetione plena.
l Forsan quia Tebel mixtionem significat.

Sep-

Septem gradus ſunt, quibus unus ab altero differt. Uxor unius alterius uxore formoſior eſt. Similiter liberi pulchriores. Duo in ſcutella una comedunt. Hic ſecundum opera ejus, & ille ſecundum opera illius guſtat. Duo in pelvi una fortiuntur. Huic ſors pulchra, illi fœtida exurgit. *Differt etiam* in ſapientia ſua, intelligentia, ſcientia & ſtatura, ſicut dictum eſt, *b Socio ſuo præſtantior eſt juſtus, &c.* Septem proprietates expoſuit Hillel ſenex coram filiis *c* Betheræ. Hæ ſunt. Argumentum a minore ad majus. Argumentum a pari. *d* Scriptura principalis e verſu uno, & ſtructura principalis e duobus verſibus. Generale e particulari, & particulare e generali. Simile ei in altero loco. Verbum docens e ſenſu ſuo. Has ſeptem proprietates expoſuit Hillel ſenex coram filiis Betheræ. Septem res ſunt in homine rudi, & totidem in ſapiente. Et quod non audivit, dicit, Non audivi. Neq; pudore affectus eſt, ſed veritatem confitetur, & contraria de homine rudi per permutationem prædicantur. Sapiens coram præſtantiore in ſapientia, & autoritate non loquitur. Hic eſt Moſes, ſicut dictum eſt, *f Et locutus eſt Aharoni verba, quæ Deus Moſi dixerat, & ſigna coram populo fecit.* Et quis fuit ad loquendum magis idoneus, Moſes an Aharon? Dic, Moſes, quia ex ore Dei, at Aharon ex ore Moſis audiverat. Sed ſic dixit Moſes, Num poſſibile eſt, ut loquar in eo loco, ubi ſtat frater meus natu major? Idcirco dixit Aharoni, Loquere, ſicut dictum eſt, Et locutus eſt Aharon omnia verba, quæ Deus Moſi locutus fuerat. Neq; ingreſſus eſt in medio Verborum ſocii ſui. Hic eſt Aharon, qui ſiluit, donec Moſes ſermonem ſuum compleviſſet. Neq; dixit illi, Verba tua abbreviato. At poſtea Moſi dixit, *g Ecce hodie obtulerunt.* Et mortuos lugemus nos. Et ſunt, qui dicant eos Aharonem e medio congregationis foras extraxiſſe. Et dixit ille, Moſes, frater mi, e decima levi prohibitum eſt lugenti comedere. Graviter peccaſti. Annon *noſti* quod dictum ſit,

b Prov. 12. 26.

c Locus prope Hieroſol. multis collegiis refertus. Diſcentes ibi filii vocantur.

d Buxt. Lex. Chal. Tal. Rab. in כבוי.

f Exod. 4. 30.

g Num. 10. 19.

sit hoc prohibitum esse lugenti? Statim confessus est illi, sicut dictum est, *b Et audivit Moses, & in oculis ejus bonum fuit.* Nec non in oculis Dei. Simile est, *c Et iratus fuit Moses Eleazari & Ithamari filiis Aharonis.* Inde dicunt, Cum discipulis suis quis festum facit, faciem suam non nisi maximo adjicit. At cum irascitur, non nisi minimo irascitur, sicut dictum est, Et iratus fuit Eleazari, & Ithamari, docens, *d* quod ut Aharoni etiam succenseret, causa non defuit, Aharon major Mose fuit, & Sanctus Benedictus Deus Aharone major. Quare igitur Aharonem non est allocutus? Quia filios non habuit qui in irruptione starent. Si enim Eleazar & Ithamar filii fuissent in irruptione stantes, occasionem perditionis Nadabo, & Abihu peccatum non dedisset. Simile est in Abrahamo patre nostro, quando pro Sodomitis oravit. Dixit ei Sanctus Benedictus Deus, *f Si inveniam Sodomæ tot, vel tot justos, toti loco eorum causa parcam.* Notum & manifestum fuit *g* coram eo, qui dixit, & fuit mundus, quod si Sodomæ tres, aut quinq; justi reperti fuissent, peccatum ei perditionis occasionem non dedisset. Sed expectavit Sanctus Benedictus Deus, dum Abrahamus verba sua complevisset, & postea eum reverti permisit, sicut dictum est, *h Et abiit Jehovah postquam colloquendi cum Abrahamo finem fecisset.* Dixit illi, Ecce ego dimissus sum, sicut dictum est, *k Et ad locum suum reversus est Abrahamus.* Neq; ita respondere metuit Elihu filius Barachelis Buzita, qui dixit, *l Dixi, dies loquentur.* Docens, quod silentes coram Jobo sederent. Ubi stetit ille, steterunt illi; quando sedebat, sederunt; cum edebat, edebant; quando bibebat, bibebant, donec libertatem *ita* faciendi ab illis abstulit, sicut dictum est, *m Et postea aperuit os suum Jobus & dixit suo maledixit, & dixit, Pereat dies, in quo natus fui, & nox in qua dictum est, vir conceptus est.* Pereat dies in quo pater meus cum matre mea congressus fuit, & illa dixit ei, Ego concepi. Unde autem apparet, quod non confuse locuti fuerunt? Quia dictum est, *n Et respondit*

b Lev. 10. 20.

c Lev. 10. 16.

d Heb. quod etiam Aharon in ira fuit.

f Gen. 18. 26, &c.

g 1. Coram Deo.

h Gen. 18. 33.

k Ibid.

l Job. 32. 7.

m Job. 3. 1, 2.

n Job. 3. 2.

b Job. 4. 1. *c* Job. 8. 1. *d* Job. 11. 1. *f* Job. 32. 6. *Jobus & dixit.* *b* *Et respondit Eliphazus Temanites & dixit.* *c* *Et respondit Bildadus Shuchites, & dixit.* *d* *Et respondit Zopharus Naamathites, & dixit.* *f* *Et respondit Elihu filius Barachelis Buzita, & dixit.* Neq; singulos ordine descripsit scriptura, nisi ut intimaret omnibus mundum ingredientibus, quod nemo sapiens coram sapientiore loqui soleat, neq; verba socii sui *g* interpellare. Neq; metuit Jehudah ita respondere, hoc ordine perens, *h* *Ego pro illo vadimonium faciam.* At non ita petiit Reuben, sicut dictum est, *k* *Et dixit Reuben patri suo, Duos filios meos interficito;* Et dictum est de primo, Primus hic Jacobus est. At sunt qui dicant Saram esse. Et de postremo, postremi sunt homines Haranæ. Et qui verum confitetur, hic Moses est, sicut dictum est, *l* *Et dixit mihi Jehovah, Recte fecerunt in eo quod dixerunt.* Sic etiam Deus de veritate confitetur, sicut dictum est, *Recte dicunt filiæ Zelophehadis.*

g *Ingredi in medio verborum socii sui.* *h* Gen. 43. 9. *k* Gen. 42. 37. *l* Deut. 5. 28.

Finis Capitis.

Cap. XXXVIII.

m *Pirke Aboth. cap.* 5. *fig.* 8. SEptem species vindictarum in mundum veniunt &c. Sunt qui decimas pendunt; sunt qui non pendunt. Tunc venit fames præ pluvia cohibita. Sunt qui primitias separant; sunt qui non separant. Tunc venit fames e consternatione hostili. Sunt qui placentam separant; sunt qui non separant. Tunc venit fames maxime consumens. Efficiunt hi, ut non reddantur decimæ omnino. Cœlum cohibent, ne ros descendat, aut pluvia, ita ut homines laborantes, quod sufficiat, non obtineant. Propter iniquitatem in oblationibus, & decimis cohibentur cœli, ne rorem aut pluviam descendere faciant, & populus regno *alieno* proditur. Pestis in mundum venit propter iniquitatem col-

b collectionis, & *c* rei oblivioni datæ, & anguli, & decimæ arborum. Factum in muliere quadam quæ in vicinia juxta agri Dominum habitavit. Cujus duo filii in agrum ad colligendum exierunt, ſed agri dominus eos non permiſit. Mater eorum dixit, Quando filii mei ex agro veniunt, forſan in manu eorum aliquid, quod comedam, inveniam. Et illi dixerunt, Quando ad matrem noſtram accedamus, forſan in manu ejus aliquid quod comedamus, reperiemus. Illa nihil in manu eorum, nec illi aliquid in manu ejus quod comederent, invenere. Capita eorum igitur genibus matris ſuæ impoſuerunt. Sic tres illi die uno occubuerunt. Dixit iis Sanctus Benedictus Deus. Nihil vos ab illis petiiſtis, niſi *d* quod vitas veſtras conſervaret. Ego igitur a vobis vitas veſtras repetam. Sicut dictum eſt, *f Ne rapias a paupere, quia pauper eſt, neq; affictum in porta opprime. Dominus enim cauſam eorum aget, & animam ſpoliantium eos ſpoliabit.* Gladius in mundum venit *g* propter judicium, & perverſionem judicii, & ob docentes legem non juxta conſtitutionem, & quia R. Simeonem filium Gamalielis, & R. Iſhmaelem cepere, ut eos interficerent. Sedebat R. Simeon filius Gamalielis pœnitens de ſententia ſua, & dixit nobis, Væ nobis, quia interficiemur, ſicut ſabbata profanantes, & ſicut idola colentes, & ſicut nuditatem revelantes, & ſicut ſanguinem effundentes. Sic erit mors noſtra. Dixit ei R. Iſhmael filius Eliſhæ, Placetne tibi, ut verbum unum coram te proferam? Dixit ei, Loquere. Dixit illi, Rabbi, quando ad prandendum reverſus es, venerunt pauperes, & ad portam tuam ſtabant, quos intrare, & edere non permiſiſti. Dixit ei, *h* Narrato illis, ſi ſic fecerim. Sed erant mihi janitores ad portam ſedentes, qui quando veniebant pauperes, eos ad me intromittebant, ita comedebant, & bibebant, & nomini Dei benedicebant. Dixit ei, Forſan quando ſedebas exponens in monte domus, & omnes populi Iſraelis coram te ſederunt, *k* hoc te ſuperbum fecit. Dixit ei, *l* Iſhmael frater

b Quia nil pauperibus relictum eſt. Lev. 19. 9, 10.

c Deut. 24 19.

d Heb. animas vitarum veſtrarum. Putaſtis vos illos occidiſſe, ut vos viveretis, ſed vos ipſos occidiſtis.

f Prov. 22, 22, 23.

g Propter oppreſſionem judicii. In Pirke Aboth. cap. 5. f. 8.

h Vel, Aſpice illos, utrum ſic fecerim. *Innuens vultum pauperum contrarium patefacere.*

k Hæc fuit opinio tua de teipſo.

l Tu forſan de teipſo humiliter cogitas.

frater meus aptus eſt, qui impetum ejus accipiat. Tunc obſecrarunt carnificem. Hic dixit, Ego ſum ſacerdos filius ſacerdotis magni, occide me prius, ut ſocii mei mortem non aſpiciam. Dixit iis, Sortes projicite. Quibus projectis ſors in R. Simeonem filium Gamalielis cecidit. Statim gladio accepto caput ejus abſcidit. Accepit illid R. Iſhmael filius Eliſhæ, & in ſinu ejus poſuit, flens & exclamans, Os ſanctum, os fidele, os ſanctum, os fidele, os quod produxit gemmas raras, & lapides pretioſos, & magaritas, quis potuit te in pulvere abſcondere, aut linguam tuam pulvere & cinere implere? De te ſcriptura dicit, *b Expergiſcere O gladie in jocium meum, & in verum comitem meum.* Non perfecerat ſermonem ſuum, quin gladius eum abſtulit & caput ejus abſcidit, & de illis ſcriptura dicit, *c Et caleſcet ira mea, & vos gladio interficiam.* Non ſcio quod uxores horum viduæ fuerint, aut filii orphani, ſed quodammodo viduæ. At quod non fuerint viduæ juxta *d* domum ordinis, *apparet* quia non liberatur inde anima, *f* ut poſſint viro *alteri* nubere, juxta ſenſum literalem eorum verborum, ubi dicitur, *g Et erunt uxores* veſtræ viduæ. Neſcio an filii eorum orphani fuerint, ſed orphani *dicuntur:* at quod orphani non fuerint, *apparet*, quod opes eorum *adhuc* in poſſeſſione patrum fuere, neq; jure hæreditario eas accipere, aut auferre, aut ex illis dare permittunt. Exilium in mundum venit ob idololatriam, & nuditatis revelationem, ſanguiniſq; effuſionem, & propter quietem terræ denegatam. Propter idololatriam, ſicut dictum eſt, *b Et excelſa veſtra deſtruam.* Dixit ei Sanctus Benedictus Deus, Quandoquidem vos idolis ſervire vultis, etiam ego vos captivos ducam in locum ubi eſt cultus idolorum, & excelſa veſtra deſtruam. Propter quietem terræ denegatam. Unde patet? quia dictum eſt, *k Tunc ſabbatis ſuis fruetur terra.* Dixit iis, Quandoquidem vos eam requieſcere non permittitis, ſicut dictum eſt, *l Et mandabo benedictionem meam vobis*, ipſa quieſcere vos permittet, & quot menſes vos eam, ut

b Zech. 13. 7.

c Exod. 22. 24.

d Vid. Shel. Jar. in textum ubi eſt בֵּית דִּין *domus judicii.*

f Quia deſunt teſtes mortis prioris mariti, ut Shel. Jar. in text.

g Exod. 22. 24.

h Lev. 26. 30.

k Lev. 26. 34.

l Lev. 25. 21.

ut requieſceret, permittere debuiſtis, ab ea requieſcetis. Idcirco dictum eſt, *Tunc fruetur terra.* Propter nuditatis revelationem. Nempe dicit R. Iſhmael filius Joſis, Quamdiu Iſraelitæ laſcivi fuere in re nuditatis, divina præſentia a manendo inter illos ablata fuit, ſicut dictum eſt, *b Ut nihil pollutum in te videat & a te avertat.*

b Deut. 23. 14.

Finis Capitis.

CAP. XXXIX.

QUinq; ſunt *hominum genera*, quibus nulla eſt remiſſio. Qui ſæpe reſipiſcit, & ſæpe peccat. Qui in generatione pura peccat. Et qui peccat, *c* ut reſipiſcat. Et *d* quicunq; in peccato ſuo Deum blaſphemat. *f* Non eſt homini ſufficientia, unde ſimilitudinem rerum ſupernarum cognoſcat. Quod ſi ita eſſet, claves ei traditæ eſſent, ut cognoſceret, quomodo facta ſunt cœlum, & terra. Ipſe dixit, omnia viſa ſunt, & omnia revelata, & omnia juxta opinionem humanam. Ipſe dixit, Omnia in pignus data ſunt, & rete in omnes viventes expanditur, & omnis pœnitentia malorum tarda eſt, & determinatum eſt judicium eorum ſignatum, & quietus improborum finis malus eſt. Et poteſtas dominos ſuos ſepelit. Eſt pœnitentia ſuſpenſa. Et ſunt qui dicant eam expiare. Eſt & pœnitentia quæ cum die mortis expiat, & dies mortis cum pœnitentia improbos remunerant, & juſtos conjungunt. Improbos remunerant, quaſi homines qui legem oculo malo ſibi fecerunt, neq; unquam res bona in illis reperta fuit. Et juſtos conjungunt, quaſi homines, qui legem oculo bono faciunt, neq; res mala in illos reperta eſt. Parum dant his, & illis, & petentibus multum extendunt. Ille dixit, omnes exeunt, & abeunt nudi, & utinam exitus adventui ſimilis eſſet! R. Meir dixit, Dilectus eſt homo, quia ſecundum imaginem Dei factus eſt, ſicut dictum eſt, *g Nam in imagine Dei hominem fecit.* Dilecti

c Heb. per modum redeundi.
d Heb. cuicunq; eſt in manu ejus prophanatio nominis Dei *in peccato ſuo.*
f Vel, Non tenetur homo ut ſimilitudinem, &c. Vel, Non dubium eſt homini ſcire, quæ ſit ſimilitudo ſupernorum.

g Gen. 9. 6.

lecti ſunt Iſraelitæ, quia filii Dei vocantur, ſicut dictum eſt, *b Vos eſtis filii Jehovæ Dei veſtri.* Dilecti ſunt Iſrael, quia dedit illis gemmam deſiderii, qua mundus creatus fuit, ſicut dictum eſt, *c Nam doctrinam bonam vobis do: legem meam deſerere* nolite. R. Eleazar filius Zadochi dixit, Cui rei conferuntur juſti in hoc mundo? Arbori quæ in loco puro ſtat, cujus ramus ab eo in locum immundum exit. Quid dicunt homines? Excindite ramum hunc ab arbore, & erit tota munda juxta morem ſuum. Cui rei conferri poſſunt improbi in hoc mundo? Arbori, quæ ſtat in loco immundo; at ramus ex ea in locum purum exit. Quid dicunt homines? Excindite ramum hunc ab arbore, & erit arbor tota juxta morem ſuum immunda. Sex nominibus appellatur leo. Leo grandis, leunculus, leo major, leo prædam ſubigens, leo mediocris, leo ſuperbus. *d* Sex nominibus appellatur ſerpens. Serpens urens, ſerpens ingens, baſiliſcus, vipera, aſpis. Sex nominibus appellatur Solomon. Jedidiah, Eccleſiaſtes, Filius Jake, Agur, Lemuel.

b Deut. 14 1.

c Prov. 4. 2.

d Deeſt ſextum ſerpentis nomen ſc. זחל repens (Niſi נחש pro uno numeretur) ut Solomoni in ſequente enumeratione.

Finis Capitis.

Cap. XL.

QUatuor res ſunt, quas homo faciens fructus eorum in hoc mundo comedit, & ſors capitalis ſtabilis ipſi manet in mundo futuro. Hæ ſunt, Honor patris, & matris, & diſtributio eleemoſynarum, & reductio pacis inter hominem & ſocium ejus, & ſtudium legis, quod eſt inſtar eorum omnium. Quatuor res ſunt quas ſi fecerit homo, ab eo & in hoc ſeculo & in futuro vindicta ſumetur. Cultus idolorum, & nuditatis revelatio, ſanguinis effuſio, & lingua mala præ illis omnibus. Puritati eſt ſors capitalis, ſunt & ei fructus, ſicut dictum eſt, *f Dicite juſto, quod bene erit illi, quia fructum operum*

f Iſa. 3. 10.

operum ſuorum comedent. Iniquitati ſors capitalis eſt, ſed non ſunt ei fructus, ſicut dictum eſt, *b Væ improbo, male illi erit.* Sunt autem qui dicant eſſe fructus illis tranſgreſſionum, ſicut dictum eſt, *c Idcirco de fructu viæ ſuæ comedent, & machinationibus ſuis implebuntur.* Quicunq; multos ad puritatem ducit non revolvetur tranſgreſſio in manum ejus, ita ut diſcipuli ejus non reciperent jure hæreditario mundum futurum, aut ipſe in infernum deſcenderet, ſicut dictum eſt, *d Non enim in inferno animam meam derelinques.* At quicunq; multos ad peccatum ducit, non eſt in manu ejus quod ſufficiat ad pœnitentiam agendam, ita ut diſcipuli ejus in infernum non deſcenderent, aut ipſe hæreditatem in ſeculo futuro acciperet, ſicut dictum eſt, *f Homo qui ſanguinem alicujus violenter eripit, ad puteum fugiet.* Qui dicit, Peccabo, & revertar, non eſt in manu ejus quod ſufficiat ad pœnitentiam agendam. Qui dicit, Peccabo, & dies expiationis expiabit, non expiabit dies expiationis. Qui dicit, Peccabo, & dies mortis abſterget, dies mortis non abſterget. R. Eleazar filius R. Joſis dicit, Peccans & rediens, & ad perfectionem ſuam pergens, e loco ſuo non movebitur, donec illi remittatur. At qui dicit, Peccabo & redibo, tribus vicibus ei remittetur, & non amplius. Quatuor hominum conditiones ſunt. Qui dicit meum tuum eſt, & tuum meum, g &c. Quatuor ſunt diſcentium conditiones. Qui vult, ut ipſe diſcat, & alii diſcant, oculum bonum habet. Qui vult ut ipſe diſcat, non autem alii, ille oculum malum habet. Qui vult alios, non autem ſeipſum diſcere, hæc eſt conditio intermedia. Sunt autem qui dicant hanc eſſe conditionem Sodomæ. Qui nec vult ſeipſum, nec alios diſcere, ecce hic eſt improbus completus. Quatuor ſunt conditiones eorum, qui ſcholam adeunt. Accedens & manens. Eſt ei portio. Accedens, & non manens; non eſt ei portio. Abſens & *h* manens. Eſt ei portio. Abſens & non manens. Non eſt ei portio. Rogans & reſpondens. Eſt ei portio.

Manens

b Iſa. 3. 11.

c Prov. 1. 31.

d Pſal. 16. 10.

f Prov. 28. 17.

g Vid. Pirke Aboth. c. 5. ſ. 19.

h Voluntate ſc. vel obedientia.

Manens & ſilens. Non eſt ei portio. Accedens & manens, ut audiat, & diſcat. Eſt ei portio. Accedens & manens, ut dicant *homines*, vir hujuſmodi acceſſit, & manſit coram ſapiente. Non eſt ei portio. Abſens & manens, ut honorem magno afferat. Eſt ei portio. Abſens, & manens, ut dicant *homines*, vir hujuſmodi juſtum ſapientem vocavit. Non eſt ei portio. Manens & rogans, ut dicant *homines*, vir hujuſmodi manet, & rogat, & coram ſapiente inſervit. Non eſt ei portio. Manens & rogans, ut audiat, & diſcat. Eſt ei portio. Manens & ſilens, ut audiat, & diſcat. Eſt ei portio. Manens & ſedens, ut dicant *homines*, vir hujuſmodi manet & ſilet coram ſapiente. Non eſt ei portio. Quatuor ſunt ſedentium coram ſapientibus genera. Eſt qui ſpongiæ ſimilis eſt. Eſt qui cribro ſimilis eſt. Eſt qui clepſydræ ſimilis eſt. Eſt qui ſacco ſecinaceo ſimilis eſt. Spongiæ ſimilis. Nempe hic eſt diſcipulus ſapientis qui coram ſapiente manet, & diſcit ſcripturam & Miſhnam, Midraſham, conſuetudines, & Agadas. Sicut ſpongia omnia ſugit, ita ille omnia ſugit. Cribro *ſimilis*. Nempe diſcipulus ſapientum ſagax, qui ſedet coram diſcipulis ſapientum, & audit ſcripturam, & Miſhnam, Midraſham, conſuetudines, & Agadas, ſicut cribrum aceres emittit, et ſimilam retinet, ita ille malum emittit, & bonum retinet. Clepſydræ *ſimilis*. Nempe, hic eſt diſcipuls ſtultus, qui coram diſcipulis ſapientum manens audit Scripturam & Miſhnam, conſtitutiones & Agadas. Sicut clepſydra ex una parte accipit, ex altera emittit, ita verba ſingula quæ auribus ejus ille recipit, hinc recipiuntur, illinc rejiciuntur. Primum prius excipit, & abit. Sacco ſeinaceo *ſimilis*. Nempe hic eſt diſcipulis improbus, qui coram ſapiente manens audit ſcripturam, Miſhnam, Midraſham, conſuetudines & Agadas. Sicut ſaccus ſecinaceus vinum emittit, & feces retinet, ita ille pulchrum emittit, malum retinet. R. Eleazar filius Jacobi vocat cornu perforatum *b* varias inciſiones habens. Nempe hic eſt infans, cui margaritam

b Heb. *inciſum inciſum.*

tam dant, *b* deinde dant ei fruſtum panis, & ille margaritam abjicit. Tum panem auferentes dant ei vas teſtaceum, & ille fruſtum panis abjicit. Et cum vas teſtaceum auferant, nihil præterea in manu ejus repericur. De re diſcipulorum Dominus noſter Gamaliel quatuor res expoſuit. Eſt piſcis immundus, piſcis mundus, piſcis e Jordane, piſcis e mari magno. Piſcis immundus. Nempe, filius pauperum, qui diſcit Scripturam, & Miſhnam, conſuetudines & Agadas, in quo tamen nulla eſt ſcientia. Piſcis mundus. Nempe, hic eſt filius divitum, qui diſcit ſcripturam, & Miſhnam, conſuetudines, & Agadas. Et in illo eſt ſcientia. Piſcis mundus e Jordane. Nempe hic eſt diſcipulus ſapientum, qui diſcit Scripturam, & Miſhnam, & Medraſham, conſuetudines & Agadas, ſed non eſt in eo ſcientia ad reſpondendum. Piſcis e mari magno. Nempe, hic eſt filius diſcipuli ſapientum, qui diſcit Scripturam, & Miſhnam, Midraſham, conſuetudines & Agadas, & eſt in eo ſcientia ad reſpondendum. Quatuor conditiones ſunt. Eſt videns, & viſus; viſus, & non videns; videns, & non viſus; neq; videns, neq; viſus. Videns & viſus, ſc. lupus, & leo, & pardus, & urſus, & baſiliſcus, & ſerpens, & latro, & *c* exercitus. Hi vident, & viſi ſunt. Viſus & non videns. Nempe gladius, & arcus, & haſta, & culter, & baculum, & *d* fibræ. Viſa ſunt hæc, at non vident. Videns, & non viſus. Hæc eſt plaga ſpiritus mali. Neq; videns, neq; viſus. Hæc eſt plaga morbi viſcerum. Quatuor ſapientes ſunt. Videns R. Johannes filius Nuræi in ſomnio timorem peccati obſervavit. R. Eleazar filius Azariæ magnificentiam, & divitas obſervavit. R. Iſhmael ſapientiam obſervavit. R. Aqiba de vindicta ſollicitos fuit. Tres ſunt diſcipuli ſapientum. Videns filius Azæi in ſomnio beneficentiam ſpeculatus eſt. Sapientiam ſpeculatus eſt filius Zomæ. Eliſha filius Abuiæ de vindicta ſollicitus eſt. Tres Prophetæ ſunt. Videns librum regum in ſomnio magnitudinem ſpeculatus eſt. Haiam videns conſolationem ſpeculatus eſt. Jeremiam

b Heb. redeunt, & dant.

c Vel, tumor.

d Vel, clavicula vitis.

videns de vindicta ſollicitus fuit. Tria Hagiographa ſunt, Videns librum Pſalmorum in ſomnio manſuetudinem ſpeculatus eſt. Videns Proverbia ſapientiam ſpeculatus eſt. Videns Jobum de vindicta ſollicitus eſt. Mors improborum & ipſis & mundo convenit. Mors juſtorum & illis, & mundo mala eſt. Tranquillitas improborum & ipſis, & mundo mala eſt. Tranquillitas juſtorum & ipſis, & mundo bona eſt. Nunquam ſtet homo nudus ante domum ſanctorum ſanctorum. Et qui domum *b* ſecretam ingreditur, faciem ſuam nec ad orientem, nec ad occidentem, nec ad latera convertat: neq; ſeipſum ſtans, ſed ſedens denudet, neq; ſeipſum dextra ſed ſiniſtra manu abſtergat. At quare dicunt non debere hominem ſe manu dextra, ſed ſiniſtra abſtergere? R. Eleazar dixit, quia verba legis ea oſtendunt. R. Jehoſhuah dixit, *c* quia illic edit, & bibit *homo*. Omnis amor, qui a re aliqua dependet (ſi modo ſit amor, qui a re aliqua dependeat,) omnis controverſia, quæ de Dei nomine exiſtit, (ſi ſit ulla controverſia, quæ de Dei nomine exiſtit,) omnis congregatio, quæ propter mandatum ſit, omnis congregatio inquam quæ propter mandatum ſit, hæc eſt congregatio virorum magnæ congregationis. At ea quæ non ſit propter mandatum, hæc eſt congregatio hominum *d* generationis diviſionis.

b Ubi ventrem exonerare ſolebant.

c Vel, qui ea edens novit omnem amovem, &c.

d Vel, ſeculi. Quando linguæ diviſæ fuerunt. Amor, controverſia, congregatio juxta verbum Dei directa bona ſunt; ſecus mala.

Finis Capitis.

Cap. XLI.

RAbbi Simeon dixit, Tres coronæ ſunt. Hæ ſunt illæ. Corona Legis, & corona Sacerdotii, & corona Regni. At boni nominis corona ſupra illas aſcendit. Corona Sacedotii. Nempe, ſi data eſſent homini omne argentum & aurum, quod in mundo eſt, hæc illi coronam Sacerdotis procurare nequeunt, ſicut dictum eſt,

f Num. 25. 13. *f Et erit ei, & ſemini ejus poſt eum fœdus Sacerdotii in ſeculum*

lum. Corona Regni. Si quis pro ea omne argentum & aurum in mundo dare posset, coronam Regni obtinere non potuisset, sicut dictum est, *b Et David servus meus princeps eorum erit in seculum.* Sed de corona Legis res ita se non habet. Dignitatem legis, quicunq; accipere cupit, veniat, & accipiat, sicut dictum est, *c Hew, quisquis sitit, venite ad istas aquas.* In *d* rebus legis, occupatus esto, neq; rebus otiosis vacato. Res quæ accidit R. Simeoni filio Juchæi, qui ægrotos visitans quendam invenit, qui intumuit, & incidit in ægritudinem ex oculis, qui blasphemias coram Sancto Benedicto Deo protulit. Dixit illi, Vane, tuum erat misericordiam pro teipso petere, & tu blasphemias profundis. Dixit illi, Sanctus Benedictus Deus eas a me tollet, & tibi imponet. Dixit, *f* Recte mihi fecit Sanctus Benedictus Deus, quia verba legis deserui, & verbis *g* otiosis operam dedi. Res quæ R. Simeoni filio Eleazaris accidit, qui venit a turri *h* Ederæ e domo Domini sui super asinum equitans, & juxta littus maris ambulavit. Vidit hominem quendam qui valde fœdus fuit. Dixit ei, Vane, quam fœdus es tu? Forte filii urbis tuæ ita fœdi sunt ac tu. Dixit ei, Quid *k* faciam? Artificem adito, qui me fecit, & dic illi, quam fœdum est vas hoc quod fecisti? Quando cognovit R. Simeon se peccasse, ab asino descendit, & coram illo prostratus dixit ei, *l* Afflixi te, condona mihi. Dixit ei, Nolo tibi condonare, donec dicas artifici, qui me fecit, Quam fœdum est hoc vas, quod fecisti? Cucurrit post illum tres mille passus. Egressi sunt homines urbis in occursum ejus. Dixerunt ei, Pax tibi Rabbi. Dixit eis, Quem vos vocatis Rabbi? Dixerunt, eum qui post te ambulat. Dixit iis, Si hic sit Rabbi, non sunt multi tales in Israele. Dixerunt ei, Quid fecit tibi? Dixit illis, Sic & sic mihi fecit. Dixerunt, Nihilominus remisit ei. Dixit ei, Ecce remitto, tantummodo injungo, ut ita loqui non soleat. Eo die ingressus est R. Simeon in Scholam, & *m* perpetuo exposuit. Sit homo tener sicut arundo, nec sit durus instar

b Ezech. 37. 25.

c Isa. 55. 1.

d *Vel, verbis.*

f *Heb. Pulchre.*

g *Vel, rebus.*

h *Vel, gregis.*

k *Vel, feci?*

l *Vel, afflictus sum propter te.*

m *Vel, mundo exposuit. Sc. sententiam sequentem.*

stat cedri. Quid est hæc arundo? Is super quem veniunt & flant omnes venti. *b* Abit ille & venit cum illis. Ventus redit, stat ille in loco suo. Idcirco meruit arundo, ut ex ea calamus scriptorius ad scribendum legem fieret. Sed cedrus in loco suo non stat, quando flat ventus australis, qui eam eradicat, & *c* dejicit. Et quis est finis cedri hujus? Eam in ignem projiciunt. Hinc dicunt, Sit homo tener, sicut arundo, non autem durus, sicut cedrus. Tria de hominibus prædicantur. Est qui eleemosynam dat. Super illum venit benedictio. Et qui mutuo dat, illo melior est. Qui dat dimidium e residuo, hic in gradu excelsiore quam illi omnes collocatus est. Tres sunt conditiones discipulorum sapientum. Sunt qui rogant & respondent: Sapiens qui rogat, & non respondet, illo inferior est. At qui neq; rogat neq; respondet, is omnium minimus est. Tres sunt sudores. Sudor morbi, sudor balnei, & sudor operis. Sudor morbi sanitas est, & sudor balnei, non est ei similis. Sex sunt lachrymarum genera. Ex iis tria bona sunt, & tria mala. Ploratus, & fumi, & domus exonerationis *lachrymæ* malæ sunt. Pulveris aromatici, & risus, & fructuum lachrymæ bonæ sunt. Tria sunt in vase testaceo. Absorbet, & non evomit, neq; ulli quod in eo est malefacit. Tria sunt in vase vitreo. Non absorbet, neq; evomit, & quicquid in eo est, ostendit, in loco calido calidum, in loco frigido frigidum. *d* Quatuor sunt quibus difficilis est concubitus. *f* Declinanti, *g* redeunti ex itinere, *h* & coram libro stanti, & *k* e carcere exeunti. Quicunq; in se quatuor res recipit, ut fit socius, ad domum sepulchrorum non ambulet, neq; brutum nutriat, Ægypti argentum communuat, ad locum ejus redit, sicut dictum est, *l* *Et Ægyptios spoliarunt.* Et dictum est, *in Et collegit Joseph us omne argentum.* Scriptum est, quod aqua in locum suum redierit. Sicut dictum est, *m* *Num oculi tui in id quod non est, conjicies?* Jehudah filius Temæ dixit, Sis fortis ut pardus, & levis ut aquila, & celer sicut hinnulus, & potens ut leo ad faciendum beneplacitum patris

b Se huc aut illuc pro venti impetu incurvat, sed e loco suo non movetur.

c Heb. super faciem ejus jacit.

d Heb. Quatuor res difficiles sunt ad concubitum.

f Ei qui concubitum non cupit. Vel qui eo recte uti nescit. Vid. Buxt. Lex. Chal. Tal. Rab. in נטף in voce הטיה.

g Fesso.

h Studioso, & libris dedito.

k Heb. e domo vinctorum.

l Exod. 12 36.

m Gen. 47. 14.

n Prov. 23. 5.

patris tui cœlestis. Idem dixit, Dilectus a deo est, qui in omnia mandata inquiriti. Et si vicino tuo parum mali feceris, sit in oculis tuis multum. At si multum boni vicino tuo feceris, sit multum boni parum in oculis tuis. Quod si parum boni tibi fecerit, sit in oculis tuis multum. Spongia, amphora, pix. Hi sunt *b* discipuli sapientum. Clepsydra & calamus junceus. Hi sunt *c* improbi. Esto sicut uter, cui non est ostium ad recipiendum ventum. *d* Esto paratus ad dolorem *recipiendum*, & remittens injuriam tibi referentibus. Res factæ, et reconditæ hæ sunt. Tabernaculum conventus, et vasa in eo, et arca, et partes fractæ Tabularum, & urna mannæ, et virga *Mosis*, et baculus Aharonis, et amigdala ejus, et flores ejus, et vestes sacerdotii, et vestes sacerdotales Messiæ, sed *f* mortarium Astinæ, mensa et lucerna et propitiatorium adhuc Romæ reposita sunt. Res quæ R. Tarponi accidit, qui sedit legens discipulis suis, cum sponsa coram eo præteriit. De ea præceptum dedit, (erat enim congregatio in domo ejus) et dixit matri suæ, Lavate eam, et eam intuemini, ornate eam, et coram ea saltate, donec ad domum mariti abeat. Hi sunt qui portionem in seculo futuro non habent. Quinq; reges, et sex plebeii, Cain, et *g* Corah, et Bileamus et Achitophel, et Doegus et Gehazi. R. Joses dixit, Justi perfecti non purgantur, neq; improbi perfecti purgantur. Qui igitur purgantur? Intermedii. Quæso Jehovah libera animam meam a Gehennæ judicio. Forte si descendant illinc, et purificati sint, ascendent illuc, et purificati erunt, sicut dictum est, *h* *Et adducam partem tertiam per ignem, & purgabo illos, sicut argentum purgatur*, et probabo illos, sicut aurum probatur. Domus Hillelis dixit, vident *k* eam prorsus, sicut dictum est, *l* *Quia melior est vita misericordia tua, labia mea te laudabunt.* Et dicito, *m* *Parce illis secundum misericordiarum tuarum magnitudinem*, sc. ut a judicio Gehennæ liberentur.

Quemcunq; creavit Sanctus Benedictus Deus in mundo suo, nonnisi in gloriam suam creavit, sicut dictum

b Retinent, quæ didicerunt.
c Amittunt quæ didicere.
d Heb. Esto coram dolore.
f In quo sc. Astinas contundebat aromata. Vid. Buxt. Lex. Chal. Tal. Rab. in אבט.
g וקרחר pro וקורח vid. Tal. Basil.
h Zech. 13 9.
k Gehennam sc. de qua prius.
l Psal. 63. 13.
m Neh. 13. 22.

b Isa. 43. 7.
c Exod. 15 18.

est, *Unumquemq; qui de nomine meo vocatur: Eum enim in gloriam meam creavi, immo feci.* Et dictum est, *c Jehovah regnabit in secula seculorum, &c.* Dixit R. Hannaniah filius Aqishæ, voluit Sanctus Benedictus Deus Israelem justificare. Idcirco legem, et mandata multa illis dedit, sicut dictum est, *d Jehovæ beneplacitum est propter justitiam suam, legem magnificabit, & glorificabit.*

d Isa. 42. 21. *Eadem est conclusio singulorum capitum in Pirk. Aboth.*

Perfectus est et finitus *hic liber.*

Deo mundi laus *tribuatur.*

Finitur *f* capitulum, et cum eo finitur Tractatus R. Nathanis.

f Pirke Aboth sc. cum R. Nathanis commentario.

FINIS.

LECTORI S.

ERrata varia peperit absentia mea. Ea (lector candide) correcta dedi, ne forsan tibi molesta forent. Noli ob multitudinem gravari, sed calamo tuo corrige, & vale.

In libro *pag.* 3. *lin.* 1. *lege* dictum, *p.* 5. *marg.* *l.* Hominum, *p.* 9. *marg.* *l.* מזין, *p.* 14. *l.* 16. una *l.* unà, *p.* 18. *marg.* *l.* ספר, *p.* 22. *l.* 2. *l.* homo, *p.* 23. *l.* 19. *l.* at. *l.* 20. *l.* at *p.* 24. *l.* 16. *l.* dicitur, *l.* 25. *l.* in juventute tua, & accipe uxorem in senectute, *p.* 26. *l.* 26. *l.* Domine, *p.* 28. *l* 4. *l.* emi, *l.* 7. *l.* sodalem, *p.* 33. *l.* mercedem, *l.* *ante finem* 3. *l.* acsi quis, *p.* 34. *marg.* ינק, *p.* 35. *l.* 18. *l.* Tarpon, *p.* 36. *l.* 9. *l.* plenum, *p.* 42. *l.* 29. *l.* si erret, *p.* 43. *marg.* *l.* canticorum, &c. *p.* 49. *l.* Cap. 10. *p.* 50. *marg.* *l.* facile, *& secunda post lin.* *l.* elevetur, *p.* 56. *l.* 9. *l.* eamq; *p.* 57. *l.* 8. *l.* inquirens, *p.* 59 *l.* 3. *l.* Si, *p.* 60. *l.* 19. *l.* testus, *p.* 61. *l* 8. *l.* dictum, *p.* 62. *l.* 1. *l.* scito, *p.* 67. *l.* 27. *l.* denarios, *p.* 71 *l.* 30. *l.* laverant, *p.* 72. *marg.* *l.* ו *p.* 73. *l.* 32. *l.* populos, *p.* 74. *l.* 29. *l.* agnos, *p.* 78. *l.* 30. *l.* parum, *p.* 79. *l.* 6 *l.* regentium, *p.* 80. *marg.* *l* kilbis, *p.* 83. *marg.* *lit.* *b* est *l.* &c. *l.* 13. *l.* dice- *p.* 90. *l.* 15. *l.* ad Gehennam, *l.* 18. *l.* *d* In Mose, *l.* 20. *l.* *e* Et, *& in marg. adde* *e* Exod. 33. 23. *p.* 92. *l.* *penult.* *l.* Calceus, *p.* 94 *l.* 3 *l.* entiæ, *l.* *antepenult.* *l.* serviant, *p.* 95. *l.* 3. *l.* æstimat, *l.* 20. *l.* quia, *p.* 97. *marg.* *l.* Nemo, *l.* 10. *l.* Hasamæ, *p.* 99 *l.* 22 *l.* ditu, *p.* 100. *in marg.* *l.* 5. *l.* שקרבין *l* 6 *l.* שקדנין, *l* 10 *l.* Sic, *l.* 12. *l.* בטלנין, *p.* 102 *l.* 18. *l.* nubes, *l.* *ult.* *l.* filii, *l.* mendaces, *l.* 13 *l.* educunt, *l* 16 *l.* reperirentur, *p.* 107 *marg.* *l* eum, *p.* 105. *l.* 6. *p.* 108. *l* 9. *l.* Turres, *l.* 18. *f* venter *l.* venter, *l.* 19. *l.* *f* vi- *p.* 110. *l.* 3. *l.* judicii, *p.* 112. *l* 1. *l.* omnibus ampliorem, *p.* 115. *l.* 16. *l.* Elohechein, *p.* 117. *l.* 3. *l.* רחוקה, *l.* 13. *l.* לנו ולבנינו *l* 14. *l.* עד *l* 29. *l.* ambulantis, *l* 30. *l.* Deinde, *l.* 32 *l.* nunc, *p.* 118. *l.* 1. *l.* Demum, *marg.* unus, nisi sit reditus ad locum ejus, de quo vide l. 29 *p.* 119. *l.* 7. *l.* Je, *p.* 120. *marg.* *l.* גזוטראות, *l.* 3 *l* emitterent, *l.* 17. *l.* *c* descendentes, qui a, *l.* 25. *l.* domo, *p.* 126. *l.* 2. *l.* discipulus, *l.* 12. *l.* Cap. 37. *l.* 14. *l.* altera & altera, *p.* 127 *l* 25 *l.* justitia, *marg.* *l.* ex oppositione, *p.* 128. *marg.* *l.* בניין, *l.* 17. *l.* ente &c. Quod, *l.* 22. *l.* Aharon, *p.* 129. *l.* 5. *l.* qui, *p.* 132. *l* 13. *l.* virum, *marg.* דין *p.* 133. *l.* 29. *l.* illis.

LECTORI S.

Errata varia peperit absentia mea. Ea (lector candide) correcta dedi, ne fossan tibi molesta forent. Noli ob multitudinem gravari, sed calamo tuo corrige; & vale.

In libro pag. 3. lin. 1. lege dictum, p. 5. marg. l. Hominum, p. 9. marg. l. [illegible], p. 14. l. 16. una l. una, p. 18. marg. l. [illegible], p. 22. l. 2. l. homo, p. 23. l. 19. l. at. l. 20. l. ac, p. 24. l. 16. l. dicitur, l. 25. l. in juventute tua, & accipe uxorem in senectute, p. 26. l. 26. l. Domine, p. 25. l. 4. l. cum, l. 7. l. iudaeum, p. 33. l. mercedem, l. [illegible] 3. l. acsi quis, p. 34. marg. [illegible], p. 35. l. 18. l. Tarpon, p. 36. l. 9. l. plenum, p. 42. l. 29. l. si ex ea, p. 43. marg. l. canticorum, &c. p. 49. l. Cap. 10. p. 50. marg. l. facile, & secunda post lin. l. elevetur, p. 56. l. 9. l. camus, p. 57. l. 8. l. inquirens, p. 59. l. 3. l. Si, p. 60. l. 19. l. [illegible], p. 61. l. 8. l. dictum, p. 62. l. 1. l. Icito, p. 67. l. 27. l. genarios, p. 71. l. 30. l. lavorant, p. 72. marg. l. [illegible] 73. l. 32. l. populos, p. 74. l. 29. l. agnos, p. 77. l. 30. l. patum, p. 79. l. 6. l. regentium, p. 80. marg. l. [illegible], p. 83. marg. lit. b. [illegible] l. &c. l. 13. l. dice- p. 90. l. 15. l. ad Gehennam, l. 18. l. de Mole, l. 20. l. a Et, & in marg. add. a Exod. 33. 23. p. 92. l. penult. l. Calceus, p. 94. l. 3. l. entiae, l. [illegible], l. serviant, p. 95. l. 3. l. aestimat, l. 20. l. quia, p. 97. marg. l. Nemo, l. 10. l. Hasamae, p. 99. l. 22. l. diru, p. 100. in marg. l. 5. l. [illegible] l. 6. l. [illegible] l. 10. l. Sic, l. 12. l. [illegible], p. 102. l. 18. l. nubes, l. ult. l. filii, l. mendaces, l. 13. l. educens, l. 16. l. repertrentur, p. 107. marg. l. eum, p. 105. l. 6. l. 108. l. 9. l. Turres, l. 18. l. venter venter, l. 19. l. [illegible] p. 110. l. 3. l. judicii, p. 112. l. 1. l. omnibus amplioribus, p. 115. l. 6. l. Elohechem, p. 117. l. 3. l. [illegible], l. 13. l. [illegible] l. 14. l. [illegible] l. 29. l. ambulantis, l. 30. l. Deinde, l. 32. l. nunc, p. 118. l. 1. l. Demum, marg. unus, nisi sit reditus ad locum ejus, de quo vide l. 19. p. 119. l. 7. l. [illegible], p. 120. marg. l. [illegible], l. 8. l. emittentes, l. 17. l. decedentes, quia, l. 25. l. domo, p. 126. l. 2. l. discipulus, l. 12. l. Cap. 37. l. 14. l. altera & altera, p. 127. l. 25. l. justitia, marg. l. ex oppositione, p. 128. marg. l. [illegible], l. 17. l. ente &c. Quod, l. 22. l. Aharon, p. 129. l. 5. l. qui, p. 132. l. 13. l. virum, marg. [illegible] p. 133. l. 29. l. illis.